Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Disquisitio Theologica De Jubilaeo Antichristiano Et Indulgentiis Pontificiis

Thumm, Theodor

Tubingae, 1625

VD17 VD17 23:333170N

urn:nbn:de:bsz:31-129022

Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

60 A 2690 R

Sum
M. Caroli.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

26

Diſquiſitio Theologica

De

# JUBILÆO ANTICHRISTIANO ET INDULGENTIIS PONTIFICIIS,

ADORNATA

à

*THEODORO THUMMIO,*

*S. S. Theologiæ Doctore, ejusdem Profeſſore & Eccleſiæ Tubingenſis Decano;*

*Papa dicitur*

*à*

PARTICIPANDO,

Quia Partem capit de clero, Partem de ſeculari, cum totius orbis doloris ſignificatione ſine modis & temporibus.

TUBINGÆ

*Typis Eberhardi Wildii,*

*Anno M. DC. XXV.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Z1

# Invitatio ad Jubilæum, Romæ ab Urbano VIII. anno 1625. celebratum.

WJR Heinrich von Gottes gnaden Biſchoff zu Augſpurg ꝛc. Entpieten allen
vnd jeden Abbten/ Pröbſten/ Decanen/
Landtdecanen/ Pfarꝛern/ derſelben Vicarien / vnnd aller Clöſtern / es ſeyen
Mañs oder Weibsperſonen orden Provincialen/ Prioren/ Vicarien/ Guardianen / Abbtiſin / Priorin / Maiſterin/
Muttern / darzu auch der Orden S. Johannis zu Jeruſalem/
vnſer lieben Frawen Teutſchen Ordens / deß heyligen Geiſts/
S. Antonien Comenturen vnd Præceptoren / ſie ſeyen exempt
oder nit / auch allen Predigern deß Worts Gottes / vnd Chriſtglaubigen in der Statt vnnd Biſtumb Augſpurg allenthalben
geſeſſen vnd wohnhafft / in gemein / vnnd jeden beſonder vnſern
Gruß / vnnd deß Apoſtoliſchen Stuls Gnadenreiche Empfahung / vnd fiegen euch hiemit gnädig zuvernemmen / daß / nachdem auß ſchickung Gottes deß Allmächtigen / ſich nunmehr herbey genahet daß Jahr / ſo von der Allerheiligſten Geburt JEſu
Chriſti / vnſers HErꝛn vnd Heylandts ſechzehenhundert vnnd
fünff vnd zweintzig gezehlet wirdt / vnnd von allen Catholiſchen
Völckern vnd Nationen nach altem Gottſeligem löblichem gebrauch vnd einſetzung der Catholiſchen Römiſchen Kirchen in
der Statt Rom allwegen daß fünff vnnd zweintzigſte Jahr mit
ſonderbarer Celebritet vnd Herꝛligkeit begangen wird / auch mit
beſonderlichen gnaden deß Apoſtoliſchen Stuls / zu volkomner

Papicolæ hic aperto confitentur ore, annum illorum Jubilæum in ſacris nullum habere fundamentum.

verzeyhung vnd Ablaß der Sünden begnadet iſt / welches auch das heylig Frewden= oder Jubeljahr genenndt wirdt / der Allerheyligiſt in Gott Vatter vnd Herꝛ / Herꝛ Vrbanus auß Göttlicher fürſehung Papſt / diß Namens der acht / als Obriſter Hürt der Chriſtenheit vnnd Statthalter Chriſti / ermelts Jubilæum vnd gnaden Jahr / durch ihr Heiligkeit Bullam den 29. tag Monats Aprilis deß nachlauffenden vier= vnd zwaintzigſten Jahrs tractiert / für diß ſchiereſt fünff vnd zwaintzigiſte Jahr / der gantzen Chriſtenheit offentlich außgekündt vnd der geſtalt Publicirt hat / daß gedachtes Jubilæum von der erſten Veſper deß nächſt vorſtehenden heyligen Weyhnachtabendts ſeinen anfang vnnd hernach vber das gantze Jahr die endſchafft nemmen ſolle / darbey ihre Heyligkeit / nicht allein daß Chriſtliche Volck / durch das bitter Leyden Jeſu Chriſti vnd ſein letzte zukunfft / am Tag deß erſchröcklichen Gerichts ermahnen / fürnemblich zu dieſer heyligen zeit der Gnaden von dem Sündlichen weſen abzuſtehn / vnd ſich zum Vatter der Barmhertzigkeit mit gantzem Hertzen / vnverfälſchtem Glauben / vnd reinen Gewiſſen zubekehren / ſonder auch alle vnd jede Chriſtglaubige gantz Vätterlich laden vnnd beruffen / zu frölicher Celebrierung / vnnd begehung obermelteſt angehendem Jubeljahrs vnnd zu empfahung der Gnaden deß vollkomnen Ablaß / vnd verzeyhung der Sünden / welche Gnad vnnd Ablaß ihr Heyligkeit auß vollmacht jhres Apoſtoliſchen Ampts / allen denen / ſo in zeit obgedachtes wehrenden Jubilæi / des ſechzehenhundert vnd fünff vnd zwaintzigiſten Jahrs nach wahrer Beicht vnd Buß / die Hauptkirchen in der Statt Rom / der Heyligen Apoſteln Petri vnd Pauli / vnd S. Johannis in Lateran / vnd vnſer lieben Frawen Mariæ Majoris genannt / dreyſſig Tag nacheinander außgeſetzt vnd vnaußgeſetzt / wann ſie Römer vnd Inwohner der Statt Rom ſeyn: oder aber fünffzehen tag / da ſie Pilgram oder außländiſche wåhren / andächtiglich beſuchen / vnd für die Chriſtglaubige vnd das Heyl der gantzen Chriſtenheit / Gott inbrünſtiglich bitten / gnädiglich verleyhen vnd mittheilen / welcher jetzt ermelten Indulgentz vnd nachlaſſung

laſſung der Sünden/ jhre Heyligkeit auch die jenigen/ welche in meinung/ gedachte heylige orth vnd Kirchen in der Statt Rom zubeſuchen ſich auffgemacht/ aber daſelbſten oder vnderwegen durch Kranckheit/ oder andere vnvermeydenliche hinderungen abgehalten/ oder durch den zeitlichen Todt vbereylt/ jhre vorhabende wahlfahrt/ oberzelter maſſen nit vollenden mögen/ nach verrichter Beicht vnd Buß auch nicht weniger theilhafftig machen/ alles fernern jnhalts hochgedachter Päpſtlichen Heyligkeit/ deßwegen außgangner Bullen/ in welcher vnder andern auch/ allen Ertz-vnd Biſchoffen anbevohlen wirdt/ ſolche in jhren Biſtumben zu Publicieren vnd zuverkünden.

Wann wir dann der Päpſtlichen Heyligkeit vns zugehorſamben/ vnd alle Gottſeligkeit/ ſo vil vns durch beyſtand deß Allmächtigen müglich/ zubeförderen ſchuldig erkennen/ auch darbey erwegen/ daß die einſetzung vnd vralte tradition ſolches diſes hochbegnadigten Jubeljahrs/ in der Catholiſchen Kirchen/ an jhr ſelbſt heylig vnd heylſamb/ vñ auß vngezweifleter eingebung deß heyligen Geiſts/ der Chriſtlichen Gemein zu Guttem vnd Troſt hergefloſſen/ derwegen auch jederzeit von allen Chriſtglaubigen Nationen vnd Völckern mit höchſter andacht gehalten vnd begangen worden. Zumahl auch gantz billich/ recht vnnd löblich iſt/ daß nach verflieſſung einer gewiſen zeit/ die Chriſtglaubigen ſich bey dem Stul Petri/ vnnd bey dem Felſen deß Glaubens/ gleichſamb die Kinder bey jhrem Vatter/ vnnd die Schäfflein bey dem Hirten verſamblen/ vnnd dardurch vor aller Welt zuerkeñen geben vnd offentlich bezeugen/ die jmmerwehrende vnzerſtörliche vereinigung der glider der Heyligen Algemeinen Catholiſchen Kirchen/ mit jhrem ſichtbarlichē Haupt dem Römiſchen Papſt vnd Statthalter Chriſti/ daß iſt ein vnzertrente einigkeit eines Schaffſtals/ eines Hirtens/ eines Glaubens/ eines Bandts der Chriſtlichen Lieb/ welches alles ſonderlich erſcheint/ zu der zeit deß heyligen Jubilæi/ da die gutherzigen Chriſten auß allen Landen/ zu der Heyligen Römiſchen Kirchen/ als einem Brunnen deß allein ſeligmachenden Glaubens/

welcher ſich in alle Welt außgebreitet/ zuſamen kom̃en/ nemlich in der heyligen Statt Rom/ welcher durch den Apoſtoliſchen Mund gelobte Glaub/ in aller Welt verkündiget wirdt/ welcher mit dem Blut der Fürſten der Apoſtlen Petri vnd Pauli geheyliget/ mit jhrer Lehr erleucht/ durch den Stul Petri zum Haupt der gantzen Welt erhebt/ ein Mutter aller Glaubigen/ ein Maiſterin aller Kirchen gemacht vnd gewürdiget worden/ alda der Felß deß Glaubens/ der Brunn der Prieſterlichen einigkeit/ die Lehr der vnverfälſchtẽ Warheit/ die Schlüſſel deß Him̃elreichs/ vnd höchſte gewalt zubinden vñ auffzulöſen/ der vnerſchöpfliche Kirchenſchatz der heyligen Indulgentz vnnd Ablaß/ welcher gleichwol von dem Römiſchen Biſchoff/ als deſſen obriſten Schaffner vnnd Außſpender jederzeit/ nach dem er es in dem Herꝛen heilſamb erachtet/ aber fürnemblich zu der zeit deß Jubeljahrs/ dem Chriſtlichen Volck mit mehr miltreicher Hand außgetheilet wirdt/ wann die heylige Porten der Hauptkirchen in ermelter Statt Rom/ nach altem Gottſeligem gebrauch geöffnet/ vnd die Glaubigen von jhren Sünden gereiniget/ mit andacht vnd frolockung eingehen für das Angeſicht Chriſti/ jhres Erlöſers vnd Seligmachers.

Demnach laden vnd beruffen wir/ im namen vnd an ſtatt mehr höchſtgedachter Päpſtlicher Heyligkeit/ alle vñ jede Gottſelige Chriſten vnſers Biſtumbs/ zu begehung offtgedachts Jubilæi/ vnd empfahung der ob angezaigten Gnaden vnd Ablaß/ alle die jenige/ die es am vermögen vnd gelegenheit haben/ zu ſolcher Chriſtlichen Gott wolgefälligen Rayß vnnd Wahlfahrt/ gantz Vätterlich in Chriſto auffnahnende/ mit angehengter getrewlicher erinnerung/ das ſie ſolches mit rechtem Catholiſchem eyffer anfahen/ darinn allein die Ehr Gottes ſuchen/ vnd mit jhrem erbarn wandel vnd jnbrünſtigem Gebet/ für die gemeine Chriſtenheit/ vnd andern Gottſeligen übungen der Göttlichen Gnaden/ ſo ſie zuerlangen verhoffen vnd begehren/ ſich würdig vnnd fähig machen wöllen/ darzu dann fürnemblich der lieben Chriſtenheit vnnd Catholiſchen Kirchen jetziger zeit hoche obli-

gende vnd vor augen ſchwebende groſſe gefährligkeiten vnd betrangnuß/ in deme die Kirchen GOttes in der Löblichen Teutſchen Nation vnd der benachtbarten Provincien/ mit ſo gefährlichen anſchlägen auſſer allen zweiffel vnſerer ſchwärẽ Sünden halber angefochten vnd beängſtiget wirdt/ vns anreitzen/ vnnd zur heyligen Penitentz vnd Buß/ dardurch ein erſprießliche hilff vnd errettung zuerlangen/ anleit geben ſolle. Dann vnſer lieber HErr vnd Gott in der höche/ der in allen ſeinẽ wercken Gerecht vnd Barmhertzig erſcheinet/ ob er gleichwol nach ſeinem vnerforſchtem gerechtem Vrtheil vnſere Mißhandlungen mit Streichſchlägen züchtiget/ ſo wendet er jedoch ſein Grundtloſe Barmhertzigkeit niemalen von vns ab. Dañ in deme er die zeitliche Gaiſel vber vns ſchicket/ lendet vnd weiſet er vns durch ſein vnergründliche güte von denn Sünden ab/ daß wir in bitterkeit vnſerer Seelen/ auffopfferung eines angenemmen Opffers/ eines zerknirſchten Hertzens/ vnd gedemütigiſten Geiſts/ zu wahrer Rew/ Penitentz vnd Buß gelangen mögen. Vnd haben wir hiebey nit geringe vrſach zuwünſchen vnd zubegehren/ daß dieſe vnſere guthertzige auffmahnung vnd erinnerung viler Chriſten hertzen bewege vñ anzünde die Gnaden deß Jubeljahrs mit rechtem Catholiſchem eyfer vnd andacht zuempfahen/ in deme wir vns nit ohne ſonderbaren innerlichen ſchmertzen erinnern/ deß jäm̃erlichen abfals ſo viler Landſchafften/ bevorab vnſers geliebten Vatterlandts Teutſcher Nation/ vnd darunder auch vieler tauſent Seelen vnſers anbevohlnen Biſtumbs Augſpurg/ deren Gottſelige Vorältern allwegen der gleichen Gnaden Jahr/ wie auch das verſchine Fünffzehenhundertiſte Jubilæum in der Catholiſchen Römiſchen Kirchen/ neben andern Rechtglaubigen mit groſſer frolockung vnd andacht begangen/ deren vil/ jhnen auch kein weg zufehr/ kein koſtẽ zu groß/ kein mühe zu ſchwer ſeyn laſſen/ damit ſie ſich diſer angebottnen Gnaden vnd Heylthumb theilhafftig machen kündten/ deren Kinder aber bald hernacher ſich von jhrer Mutter der Catholiſchen Kirchen/ vnd von der einigkeit deß Glaubens erbärmlich abgeriſſen/ den klaren Brun=

nen

nen der vnverfälſchten Warheit vnd jhnen ſelbſt/in eygenſiñig-
keit jhrer Köpff/newe Kirchen zuvor vnerhörter Religionen vnd
Secten erwöhlet/ bey welchen diß heilige Jubilæum verachtet/
vnd für ein ärgernuß gehalten wird/dahero dañ deſtomehr billich
vñ recht/ daß die jenige guthertzige Chriſten/ ſo von den Fußſtaf-
fen jhrer Gottſeligen Voráltern noch nit außgetretten / ſonder
ſich zu der Allgemeinen Catholiſchen Römiſchen Kirchē halten
vnd bekeñen/ſolche jhre bekañdtnuß/ fürnemblich zu diſer zeit im
werck offentlich erzeigen/ da die Catholiſche einigkeit / durch all-
gemeine zuſam̃enkunfft der Chriſtglaubigen in der Statt Rom/
ſich am allermeiſten zuerkeñen gibt. Die andern aber ſo nit gele-
genheit haben / ſolche Fahrt in eygner Perſon zuverrichten / er-
mahnen wir ebenmäſſig gantz getrewlich vnd vätterlich/ſie wöl-
len vmb der liebe Gottes willen/allen Gottſeligen Pilgern/ ſo in
meinung das Jubeljahr zubeſuchen/ bey jhnen durchziehen/ für-
nemblich aber den armen/ ſo jhrer hilff bedörffen/ allē guten wil-
len vnd beförderung erzeigen/ ſie mitleidenlich beherbergē/jhnen
auch mit miltreicher handtreichung jhres Allmoſen hilfflich er-
ſcheinen/ auff das ſie durch ſolche hilff jhre vorhabende Raiß vñ
Wahlfahrt deſto leichter volbringen / vnd mit frewden wider zu
Hauß kehren mögē. Gebieten vnd bevehlen hierauff allen vnd je-
den obvermelten Pfarꝛern Seelſorgern vnd Predigern/daß jhr/
alsbald euch diß vnſer verkünde ſchreibē zukompt / ſolches in ew-
ren Kirchen auff offner Cantzel Publicieren/ vnd hernacher an
die Kirchthüren anſchlagen/auch mit euren Gottſeligen ermah-
nungen ewre anbefohlne Pfarꝛkinder/ ſo wol die jenigē/ſo dz Ju-
bilæum Perſönlich zu beſuchen vorhabens ſeind/wie ſie ſich dar-
ein zuſchicken/als die andere ſo anheimbs bleiben/was maſſen ſie
ſich gegen den armen Pilgern mit jhrem Allmoſen vñ Wercken
der Barmhertzigkeit zuerzeigen habē / vnderweiſen vñ anleiten/
damit hierdurch ein jeder vrſach gewinne / ſich der Gnaden diß
außgekündten/ fordereſt heilſamen allgemeinen Jubeljahs wür-
dig vnd theilhafftig zumachen. Datum in vnſer Statt Dilingen
den 23. Tag Monats Novembris Im eintauſent ſechzehenhun-
dert vier vnd zweintzigiſten Jahr.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# *Diſquiſitio Theologica*,

# DE JUBILÆO ANTICHRISTIANO, ET INDULGENTIIS MERETRICIIS Babylonicis.

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

MAgnus iſte κατ᾽ ἐξοχὴν Anti-Chriſtus Occidentalis Romanus, Urbanus VIII. anno hoc inſtante à Chriſto nato M. DC. XXV. iterum in nomine patris ſui, cujus primogenius eſt, Nundinas ſuas Anti-Chriſtianas inſtituet & celebrabit, in iisque merces ſuas idololatricas & horrendas orbi exponet Chriſtiano. Et nullus equidē dubito, quin innumerum hominū numerum fraudibus & impoſturis ſuis ſit decepturus, illosq; auro, argento, omnique lapide precioſo (quod Deus illi malè vertat) fraudulenter, tanquam impoſtor inſignis, emuncturus. *Redit enim* (quod infelix & infauſtum illi ſit) annus Jubilæus Anti Chriſtianus, quo Baaliticus hic maximus Sacerdos indulgentias ſuas toti orbi vendit, & pro avaritia ſua, quâ claret, cum prædeceſſoribus ſuis, inexplebili, omne omnium hominum aurum & argentum, & omnem lapidem precioſum avarus ſitit & anhelat. Nundinas iſtas Idololatricas viſitare multis noſtrûm, ut idolomaniam magis abhorrere diſcerent, libéret, modò liceret, nec tyrannis Latronis hujus & prædonis Europæi, violentique inſidiatoris prohiberet. Sed alio modo ad iſtas acceſſum illis facere animus eſt, ut

abſentes nihilominus, ac ſi iſtis interfuiſſent præſentes, illarum habere poſſint cognitionem, & quid in illis ematur, quid vendatur, pro certo ſcire. Cognoſcent autem, ſi pleniorem in gratiam hodierni Anti Chriſti Urbani VIII. inſtituerimus de Jubilæo Anti Chriſtiano, & indulgentiis nundinalibus impudentibus & impiis *διάσκεψιν*. Adornabimus autem pro viribus in Gloriam Omnipotentis DEI; in Confuſionem verò Myſticæ iſtius Meretricis, cum qua fornicantur Reges terræ, hoc eſt, Mercatoris iſtius avari, decipientis Reges & principes &c. Bimembris autem erit tractatio. Altera de JUBILÆO; altera de INDULGENTIIS.

Jubilæum eſt vel *Vetus, populi Iſraelitici Legale*; vel *Novum & fictum Papiſticum*; vel *Novum verum noſtrum, illudq́ Evangelicum verè fidelium tam V. quàm N. Teſtamenti.*

Annus Jubilæus legalis Veteris Teſtamenti.

Annus Jubilæus V. T. LEGALIS eſt *ultimum Sabbathum, Feſtum divinitùs inſtitutum.* Levit. enim 25. 8. mandavit Dominus, ut *quinquageſimus annus totus eſſet Sabbathicus*, qui decima die menſis ſeptimi per *tubam* fuit indictus, ubi clangor aut ſonitus buccinarum perſtrepebat in omnibus viis, nec non per omnes urbes Iſraëlitarum. Ab iſto *Clangore* annus ipſe dictus eſt יוֹבֵל *Iubilæus*: quæ vox propriè notat *productionem & intenſionem clangoris, buccinationem, ſonum, jubilum* Ex. 19, 13. 16. 19. Joſ. 6, 4. & hinc totus annus dictus eſt יוֹבֵל *Iubilæus*, quia per *ſonum buccinarum, ex cornibus arietum factarum* indicebatur, unde rectiùs ſcriberetur *Iobelæus*, quàm *Iubilæus annus*. Erat autem hic annus *quinquageſimus quiq́*, ſicut Levit 25. 8. ipſe præcepit Dominus: *Numerabis tibi ſeptem hebdomadas annorum id eſt, ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt quadraginta novem.* Annus igitur, qui hunc proximè ſequebatur, erat *quinquageſimus & totus Sabbathicus*; à quo ſi ad alterum Jubilæum numeres *excluſivè*, habebis tantùm 49. *annos*, & ſic numeratur in v. 8. Sin verò utrumque & *priorem* & *poſteriorem includas*, deprehendes 50. *annos*, & ſic numeratur in v. 10. Et hæc computandi ratio apud nos frequens & in uſu eſt. *Octiduum* enim nominamus *hebdomadam*, quia *Dominicam utramq́ numeramus, earum Dominicâ alterâ excluſâ, erit vera hebdomada vel ſeptimana.* RITUS verò & *Ceremoniæ* in hoc Feſto hi potiſſimùm obſervati fuére: *Dimittebantur* hoc anno juſſu divino *liberi*, non ſolùm *ſervi Iſraëlitarum, ſed*

*& omnia*

*& omnia debita relaxabãtur, atq; adeò venditi agri, vineta, domus, omnes deniq; poſſeſſiones ad priores ſuos Dominos redibant.* Hinc Deus Levit 25. 10. &c. *Sanctificabis annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipſe enim eſt annus Iubilæus. Revertetur homo ad poſſeſſionem, & unusquisq; redibit ad poſſeſſionem priſtinam, quia Iubilæus eſt, & quinquageſimus annus. Non ſeretis: nec etiam metatis ſponte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non colligetis, ob ſanctificationem Iubilæi, ſed ſtatim ablata comedetis. Quando vendes quidpiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed juxta numerum annorum Iubilæi emes ab eo, & juxta ſupputationem frugum vendet tibi* &c. Indicebatur autem hæc feſtivitas, uti modo dictum, *cornu arietino, decima die menſis ſeptimi.* Levit 25. 9. *Clanges buccinâ menſe ſeptimo, decimâ die menſis, propitiationis tempore in univerſa terra veſtra.* Uſus hujus feſti erat *Civilis,* & *Myſticus:* præterquam enim, quòd populus recognoſcere deberet, *Domini eſſe hanc terram propriam, non humano ſtudio & labore partam, ſed potenti* Dei *manu acquiſitam,* primò ideò ordinaverat & mandaverat Deus populo Iſraëlitico, *ne familiæ eorum penitus interirent,* præſertim ea, ex qua *Meſſias erat oriundus.* Deinde demonſtrare voluit, *ſe non prorſus oblitum eſſe pauperum, ſed adhuc illorum curam gerere, eosq; in numerato habere,* dum illis *redire liceret ad ſuas poſſeſſiones, quæ non poterant vendi perpetuo contractu, ſed vendebatur tantùm uſus fructus, usq; ad annum Iubilæum.* Tertiò, ſicut Olympiades Græcis, luſtra Romanis priſcis, recentioribus autem Indictiones in uſu fuerunt, quibus *tempora ſupputárunt:* Ita quoque Hebræi *ſua tempora per Iubilæos numerare* conſueverunt *poſt occupatam terram ſanctam.* Anteà enim celebrare Jubilæum non potuerunt, cùm nec *terram,* cui requiem concederent, nec *poſſeſſiones aliquas,* quas ſuis dominis redderent, haberent. Quartò ut via ſterneretur ad *fraternam communionem,* quantum ſtatus hujus ſeculi permittit. Et tandem quintò, ut præfiguraretur tum *adventus Chriſti in Carnem,* qui voce ſuâ ceu tubâ indicturus erat *annum acceptabilem* Eſa. 61, 1. Luc. 4, 18. tum *adventus eius ad judicium,* futurus cum *voce Archangeli & tuba* 1. Theſſ. 4, 16 ubi *plene liberabuntur captivi, manumittentur ſervi, remittetur omne debitum, & redibimus ad poſſeſſionem patriam, unde per delictum Adami excidimus.* Hoc Veteris T. erat Vetus Jubilæum, manda-

tum Iſraelitis, in Legem ſcriptum, umbra futurorum, *non propter peccatorum indulgentiam & remiſſionem inſtitutum.*

Annus Iubilæus Papiſtico Antichriſtianus.

Annus Jubilæus ANTICHRISTIANUS PAPISTICUS, ab homine ortum ſumens, eſt Traditio pontificia, ſuperſtitio vana & falſa, quo *plena peccatis indulgentia promittitur, variaq́ idololatricæ ceremoniæ peraguntur, ad totum mundum decipiendum.* TEMPUS hujus Feſti Antichriſtiani eſt *varium & mutabile*, ut ferè omnia in Pontificatu. Nam teſtibus probatis quibuſdam & Hiſtoricis & Mathematicis, iisque ipſis pontificiis, Bonifacius VIII. (de quo propria familia & cognatio in uſu dicere habuit: *Intravit ut vulpes, regnavit ut Leo, mortuus ut canis.*) jubilæum annum *primus* poſt Moſaicum inſtituit, anno poſt natum Chriſtũ 1300. ac CENTESIMO QUOQUO ANNO *obſervari mandavit, omnibusq́* tum limina Apoſtolorum viſitantibus, *plenam delictorum omnium remiſſionem conceſſit* (teſte ipſo Clemente VIII. In Bulla ſua huic tractatui inſerta.) & ſic juxta Bonifacii Bullam *quatuor modò* celebrata eſſe oportuit. Sed Papa Clemens VI. Jubilæum à *centeſimo* in QUINQUAGESIMUM reduxit, ipſeque primus (weiln er beſorgt / er erlebt den Jahrmarckt nicht) Romæ anno 1350. celebravit *Iubilæum ſecundum.* Hic Papa Bullam ſuam *Angelis* ſanctam eſſe voluit, cum hac indictione, *ut animas in itinere morientium vereq́ confitentium plenariè à Purgatorio abſolvant, confeſtimq́ paradiſo invehant.* Interea, præter alias Jubilæi variationes ad annum hunc & illum, Papa Sixtus IV. anno 1471. poſt Paulum II. Papa factus, (qui & Xyſtus quibuſdam eſt) ad *arma* potiùs, quàm *religionem* natus, Jubilæum in *annum* VIGESIMUM QUINTUM reduxit, & *celebravit ipſe primus* anno 1475. qui ſtatus annorum ordo hucuſque (*forſan brevi iterum mutandus* ob inopiam pecuniæ, ac breviſſimam hominum vitam, & maximam paternam, SCILICET, curam animarum) duravit per 150. annos, ad annum Chriſti 1625. qui annus ſacer Jubilæus eſt hodierno Anti Chriſto argenti & Auri-ſugæ Urbano VIII. per Satanæ gratiam Pontifici Magno, quem ſupervixiſſe gaudium & deſiderium argenteum & aureum illi eſt. RITUS & *Ceremoniæ* hujus feſti pariter, uti ferè omnia Pontificiorum, *ſuperſtitioſa & planè idololatricæ ſunt.* Præterquam enim quòd *ſancta loca viſitanda, reliquiæ ſanctorum ſumma animi devotione exoſculandæ & colendæ, ſtatuæ & imagines*

Vide noſtrã diſp. cui titulus: εικονοσαυροσκελετολατρεία.

gines

*ginesreligioſè honoranda, peccata confitenda, honoraria, munera & dona offerenda ſunt*; Idolum *ipſum*, Papa, *egregium agit Hiſtrionem*: *jam enim ut truncus iners vel putridum animal à ſuis ſymmiſtis in* κοπεσφορείῳ *portatur: malleum in manu tenens, portam pulſat auream* (ſed lapidea & cœnoſa eſt) *quâ diſruptâ omnia fruſtilla, reliquias ſacras, vago & imperito populo inſtillat, & ſignificatur, jam portam in cœlum apertam, jam plenam remiſsionem & indulgentiam conceſſam* &c. ejuſmodi gentilia & Baalitica. *Mox alii ordines, varii ſtatus, multi ſatellites Papæ, credulum populum dementant, perſuadent* &c. *ſit quàm devotus: ſit quàm largus dando, & certus credendo, hæc quàm ſanctiſsima eſſe: Hunc maximum illis patere theſaurum, cuius Papa* Thesaurarius. Uſus hujus feſti & Finis eſt *ſitis & fames* Euclionis: ſitit aurum & argentum, & omnē lapidem precioſum. Nam juxta vetus proverbium: *Roma manus rodit, non dantes ſpernit & odit; debes dare pecuniam, & dabitur tibi non viventi tantùm, ſed & mortuo, in purgatorio tamen exiſtenti, plena omnium peccatorum indulgentia & remiſsio.* Hinc carmen illud Biturigibus in templo cathedrali Divi Stephani ad altare Cardinalis, lapidi antiquo inſcriptum, uſum & finem hujus feſti his verſibus oſtendit, & neſcientes ſic informat:

*Hîc des devotè, cœleſtibus aſſocia te,*
*Mentes ægrotæ per munera ſunt tibi lotæ.*
*Ergò venitote gentes à ſede remotæ,*
*Qui datis, eſtote certi de divite dote.*
*Te precor, accelera, ſpargas hîc, dum potes, æra,*
*Et ſic revera ſecurè cœlica ſpera.*
*O tu ſi ſcires, quantum data proſit ibi res,*
*Tu juxta vires donares, quod dare quires.*
*Te miſer à pœna, dum tempus habes, aliena,*
*Ut tibi ſit pœnæ venia, ſit aperta crumena:*
*Conſors cœleſtis fabricæ, qui porrigit, eſt is,*
*Ex hoc ſum teſtis, vos hîc mundare poteſtis.*
*Crede mihi, crede, cœli donaberis æde,*
*Nam pro mercede Chriſto dices, mihi cede.*

*Hic datur exponi paradiſus venditioni,*
*Currant ergo boni rapientes culmina throni.*
*Vis retinere forum, mihi pendas pauca obolorum,*
*Pro ſumma quorum reſerabitur aula polorum.*
*Hic ſi largè des, in cœlo ſit tua ſedes,*
*Qui ſerit hìc parcè, parcè comprendit in arce.*
*Cur tardas? tantum nummi des mihi aliquantum,*
*Pro ſolo nummo gaudebis in æthere ſummo.*

Hunc finem quoque conſideravit Alexander VI. anno 1500. dum amore argenti, *Germaniæ duobus annis pòſt indulgentias diſpenſavit*: unde poſtmodùm filius ejus Duca Valentino 100000. *ducatorum uno luſu perdidit*, contemptim tamen ſubriſit, hæcque verba effutiit: *Hæc ſunt peccata Germanorum.*

Annus Jubilæus piorum V. & N. T.

Annus Jubilæus PIORUM *& verè fidelium* tam V. quàm N. T. eſt *Sabbathum* ſpirituale, *quo pii verè in Chriſtum venturum & exhibendum, in V. T. & miſſum exhibitumq; in Novo credentes, gaudent ſemper in Domino, & iterum iterumq; gaudent, & poſt fidelem & pium ex hac vita diſceſſum, in cœleſti Ieruſalem æternùm Vniternitatem de facie ad faciem videntes, glorioſo corpore ſunt gaviſuri.* Et maximè nobis fidelibus in N. T. Chriſto jam exhibito ſacer eſt *quotidianus Iubilæus*, in quo gratis per fidem in Chriſtum verè credentibus *quotidie* peccata remittuntur. Sumus enim juxta Pſal. 89. *beatus populus, qui ſcit jubilationem,* quam nobis DEUS in Bulla ſua per Angelum indixit Zach. 9 & Luc. 2. *Exulta vel Iubila Filia Sion, quia Rex tuus venit ad te.* In hoc Jubilæo Angeli Canunt nobiscum: *In dulci Iubilo: & Gloria in excelſis* DEO, *pax in terra, & hominibus beneplacitum*: *Pſ. 118. hæc dies eſt, quam fecit Dominus: Exultemus & lætemur in ea. Annus Iubilæus noſter venit* Eſa. 63. v. 9. *Salvator noſter in dilectione in indulgentia ſua redemit nos, & portavit nos cunctis diebus ſeculi.* TEMPUS hujus noſtri feſti eſt, *tempus omne*, quo non concedimus cuiquam Col. 2, 16. *ut nos judicet in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut Sabbathorum*: Sed Gal. 5, 1. *ſtamus libertate illa, qua Chriſtus nos liberavit, nec rurſus jugo ſervitutis nos implicari patimur.* LOCUS, eſt omne *πῶ* ſeu *ubi*, in quo ſanctas manus ad dominũ levamus,

levamus, ſecundùm illud Chriſti: Joh. 4, 21. 22. 23. *jam venit hora, qua neq; hoc in monte* (cum Domini ſit terra, & omnis plenitudo ejus) *neq; in Hieroſolymis* (quæ vaſtata ſunt) *adoramus Dominum* (ideo Papani adorant v. 22. *quod neſciunt: nos adoramus, quod ſcimus*, nempe ſalutem noſtram, Chriſtum, *quia ſalus ex Iudæis eſt*) *Sed hæc hora nunc venit & eſt, & erit, qua veri adoratores adoraverunt, adorant & adorabunt Dominum* (in omni loco) *in ſpiritu & veritate, nam pater tales, qui adorent eum, quærit.* Omni ergo tempore & loco, ubi tuba verbi divini reſonat &c. noſtrum Jubilæum celebrare poſſumus. RITUS autem & *Ceremoniæ noſtræ* in hoc feſto non ſunt *ſuperſtitioſæ*, non ullo modo *Idololatricæ*: ſed *piæ, Chriſtianæ, ordini decoroq; inſervientes.* Siquidem in hoc Feſto habemus *Epiſcopum*, Virum pietate, gravitate, & eruditione ſacra inſignem, qui juxta mandatum divinum ſemper indicit hoc Jubilæum: Habemus ad hoc Feſtum ritè & rectè celebrãdum *benè conſtitutum Conſiſtorium Eccleſiaſticum, & Patres Synodales*, qui, ut non quicquam huic Feſto decedat, piis & ad ididoneis & eruditis viris, ut quovis modo hoc Feſtum ſemper celebretur, *profeſſuras Theologicas, Abbatias, Decanatus, ſuperintendentias, parochias, paſtoratus, Diaconatus, Præceptoratus conſtituunt: annuas viſitationes per deputatas perſonas inſtituunt, qui verbum purè prædicent, Sacramenta ſecundùm inſtitutionem divinam adminiſtrent, & homines ad vitam piam informent: Templa decenti & honeſto ornatu decorari curant: ritibus & ceremoniis decentibus & decoris ubiq; ſacra ſua peragunt, & peragi mandant in conſtitutionibus Eccleſiaſticis noſtris*, vulgò Kirchen Ordnungen. in quibus omnes ordinationes, ritus, ceremonias &c. Eccleſiaſticas quivis legere poteſt. USUS & FINIS noſtri Jubilæi eſt, ut *Gloria* DEI *omnimodo promoveatur, ſalus quoq; noſtra & pax cum Deo firma & inviolata conſiſtat: Vt loquantur invicem Pſalmis, hymnis & cantionibus ſpiritualibus, canentes ac pſallentes in corde Domino: ut gratias agant ſemper de omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri* Eph. 5, 19. 20. Hic noſtri Jubilæi uſus & finis verus & legitimus eſt, de quo Eſa. 61, 1. ipſe Chriſtus loquitur: *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd unxerit me ad evangelizandum afflictis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis Indulgentiam, & clauſis apertionem: ut v. 2. prædicarem annum placabilem Domino: ut conſolarer omnes lugentes: ad v. 3.*

*ponendum*

*ponendum lugentibus Siion: ad dandum eis gloriam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, amictum laudis pro Spiritu ſtricto, ut vocarem eos arbores juſtitiæ plantationem Domini ad glorificandum me.* v. 6. *& vos ſacerdotes Domini vocabimini, Miniſtri* DEI *noſtri dicetur vobis: facultatem gentium comedetis, & in gloria eorum prædicabitis vos.* v. 8. *quia ego Dominus diligens judicium.* Propterea ita dicit propheta v. 10. *Gaudendo gaudebo in Domino, exultabit anima mea in Deo meo: quia induere me fecit veſtimentis ſalutis, pallio juſtitiæ involvit me, tanquam ſponſum conſecrabit gloria, & tanquam ſponſam ornabit vaſis ſuis.* v. 11. *quia ſicut terra proferet germen ſuum, & ſicut hortus ſemina ſua germinare faciet, ſic Dominus germinare faciet juſtitiam & laudem coram univerſis gentibus.* Et nobis hoc Jubilæo ſemper uti & perfrui datur, modò *peccata noſtra humili & contrito corde deploremus, Gratiam* DEI, *eiusq; innumerabilia dona & bona gratamente agnoſcamus, vera fide meritum Chriſti apprehendamus, illumq; invocemus, ut tubam Salvifici ſui de Chriſto Evangelij perpetuò apud nos reſonare permittat, quò illud devotè audire, atq; ſecundùm eius præſcriptum, ductu & auxilio ſpiritus Sancti, vitam noſtram inſtituere valeamus, usq; dum veniat Jubilæum & Sabbathum æternum, quo omnis gemitus & luctus ceſſabit, æternum gaudium ſuper caput noſtrum erit, pro ejulate jubilate audietur, pro triſtitia æterna ineffabilis lætitia vigebit, Sabbathumq; ex Sabbatho ducetur.* Hinc Chriſtiane Lector patet, quid noſtrum, & quid Pontificiorum ſit Feſtum Jubilæum: & viciſſim, quid de noſtro, quid verò de Pontificiorum ſit ſentiendum Jubilæo. Etenim ſi *Authorem*, ſi *Locum*, ſi *Ritus*, ſi *Finem* ſpectes, proh DEUM noſtrum, quàm turpiter ſtabit Feſtum Jubilæum Pontificiorum. AUTHOR eſt *homo peccati*, Bonifacius VIII. qui teſtibus Platinâ, Nauclero vol. 3. Gener. 43. Albert. Cranz. metropol. Saxon. l. 8, l. 8. cap. 48. 36. Balæo in vita Bonifacii VIII. Albert. Epiſc. Argent. de elect. Alberti Auſtr. *homo fuit ſuperbiſſimus & faſtuoſiſſimus, gloriæ & pecuniæ cupidiſſimus, avidiſſimus*: Pontificatum invaſit callidè ut *vulpes*, dum anteceſſorem ſuum Cœleſtinum V. ut *deponeret Pontificatum*, fraudibus & dolis inſidiosè ambivit: voce enim tanquam *cœlitus* miſſâ per Cannam ita loquutus eſt ad eum ore vicario: *Cœleſtine, Pontificatum depone, quia gerere non potes, aliás de ſalute tua actum erit.* Cui ſimplex & nimis credulus Cœleſtinus *loco* & *ſede* ceſſit. Hoc illegi-

timo

timo & fraudulento medio Pontifex factus *vulpes* hic, in Pontificatu *Leonem* ſe præſtitit, dum ſimul *Papa* & *Imperator* eſſe voluit, Romanoq; Imperatori Alberto I. Rodolphi I. Filio bis terve *confirmationem* denegavit, eò, quòd ipſe *duplicem agat perſonam*: propterea cùm Romæ ingens hominum conveniſſet multitudo, primo die *habitu Pontificali ſe populo oſtendit, & Apoſtolicam benedictionem dedit*; altero die *habitu Cæſareo faſtuosè ſe oſtentans, gladium vaginâ vacuum præferri ſibi curavit*, cum hac proclamatione ſolenni: ECCE DUO GLADII HÎC, huc torquens locum Jer. 1. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*, uti decretum ejus habet Jur. pontif. Extra. Tit. 8. cap. 1. Unde hunc quoq; articulũ cudit: *Porrò, ſubeſſe Romano Pontifici omnẽ humanam creaturam, declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omninò eſſe de neceſſitate ſalutis.* Turbator pacis, & contra ordinationem divinam in Magiſtratum rebellis & ſeditioſus extitit; cum Philippo Rege Galliæ acerrimè concertavit: omnes ejus ſubditos juramẽto exſolvit, & contra Regem armare inſtitit. Verùm maſculè Heros Philippus illi reſtitit. Nam cùm Bonifacius his verbis ad Philippum ſcripſiſſet: *Scire te volumus, quòd in ſpiritualibus & temporalibus nobis ſubes*; Rex (*omnem illi* in Regno ſuo *iurisdictionem* & *collaturam* negans, ſubditis ſuis mandavit, *ne quisquam ex univerſo Regno Romam proficiſcatur, pecuniamvé eò mittat*) conſilio & ſuaſu ſuorum & Eccleſiaſticorum & Politicorum ſtatuum ad ſedem Apoſtolicam, *tum vacantem* (Bonifacius enim *illegitimè Pontificatum invaſerat*, atq; *hæreticus, Simoniacus, Homicida*, & *bipedum nequiſſimus* erat) his brevibus reſcripſit verbis: *Philippus* DEI *Gratiâ Francorum Rex, Bonifacio ſe gerenti pro Summo Pontifice, ſalutem modicam ſive nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non ſubeſſe, Eccleſiam & præbendarum collationem ad nos jure Regio pertinere &c. ſecùs autem credentes, fatuos & dementes reputamus.* Hinc Albertum *hoc pacto* & *hac conditione* Imperatorem confirmavit, ut *titulum & Romani, & Galliæ Regis ſibi ſumeret*, quam ob cauſam & Alberto mandavit, ut *contra Philippum arma ſumeret*; Sed Philippus cum Cæſare negocium hoc componens ſimul anno 1301. amicitiam inivit, ubi tandem Bonifacius juſſu Philippi Regis, operâ Sarræ cujuſdam Columnenſis, adjuvantibus Gibellinis,

quos peſſimè perſequebatur, captus eſt Anagniæ in domo paterna, Romamq́; deductus, ac 35. die pòſt dolore animi confectus periit. Hic author, hic inſtitutor eſt anni Jubilæi Pontificii, de quo Platina ita: *Moritur autem hoc modo Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibus, populis, terrorem potiùs quàm religionem injicere conabatur: quiq; dare regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur; aurum undiq; conquiſitum plus quàm dici poteſt ſitiens.* & mox: *hortatur omnes Eccleſiaſticos & Politicos principes, ut hoc Exemplo diſcant vitare ejusmodi mores.* In Faſciculo temporum, Venetiis impreſſo, anno 1480. hæc de iſto extat Panegyris: *Iſte Bonifacius fuit vir in his, quæ ad curiam pertinent, experientiſſimus. Et quia parem non habuit prudentiæ ſuæ, ultra modum in tantam arrogantiam erexit ſeipſum, ut Dominum totius Mundi ſe diceret tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus Et multa magnificè fecit, quæ in fine miſerabiliter defecerunt. Deditq́; exemplum cunctis prælatis, ne alta ſaperent, ſed forma facti gregis, magis ſtuderent amari, quàm timeri. Hic eſt de quo dicitur: quòd intravit ut vulpes, vixit ut Leo, & moritur ut Canis.* Albertus Cranzius Decanus Hamburgi pontificius hanc gloſſam ſuper verba Bonifacii (*Ecce duo gladij hic*) poſuit: *Vides ô Petre ſucceſſorem tuum. Et tu Salutifer Chriſte tuum cerne Vicarium: vide quò adſcenderit ſuperbia ſervi ſervorum tuorum.* Hinc quivis videt, Bonifacium non *inſtinctu Spiritus Sancti Iubilæum inſtituiſſe*, atq́; conſequenter, Jubilæum non *divinâ*, ſed *merâ hominis, & quidem peſſimi, authoritate* inſtitutum fuiſſe. Etenim ſi ita *neceſſarium* fuiſſet, non ita diu Spiritus S. hoc Feſtum diſtuliſſet, ſed vel per *Apoſtolos*, vel *alios magis pios Epiſcopos Romanos ordinari curaſſet*: & quidem tale feſtum, cujus uſus & finis Sacræ ſcripturæ non eſſet contrarius: qualem finem & uſum feſtum Pontificium nullo modo, ſed blaſphemum, impium, avarum, ſordidum habet. Locus quoq; valdè ſuſpectus, ROMA eſt, Babylon myſtica, ſtabulum Meretricum, urbs Sodomitarum, Emporium refertum furibus, latronibus; ibi mercatores animarum deceptores & impoſtores inſignes, ærarium commune peccatorum, pater omnium fabularum, ibi viget Simonia, exercentur doli, avaritia ſerpit, rapinæ negociationes ſunt, fraudes prudentia putantur, impoſturæ ſapientia nominantur, hæreſes ſcientia judicantur, inſcitia intellectus jactitatur: Ibi Pater mendacii reſidet,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

reſidet, Antichriſtus dominatur, Cardinales ſupparaſitantur, Jeſuitæ ſanguinolenta & plus quàm Turcica conſilia ſuggerunt, Monachi, cuculiati diaboli ſatellites, liberè ſcortantur, Moniales proſtibula publica, Gynæcæa publica Scortaria ſunt: ibi cenſus annuus datur peccatorum, cenſus lactis, cenſus peccati, ibi mare malorum, ſylva peccatorum, latiſſimus campus nequiſſimorum: ibi deniq; (deficit vox) compendium & ſimul Tomi omnium malorum, omnium flagitiorum, omnium ſcelerum. Tempus quoque non omnimodè convenit; quod, licet quidem ad 150. annos fixum hactenus manſerit, antea tamen *variavit*, & haud dubiè, ſi opus habebit Papa auro, iterum variabit: & certè conſilium bonum eſſet, quo Papæ translatio Jubilæi ſuaderetur in 10. quemque annum; ſic enim melius, ſæpius, plus poſſet cogere argentum & aurum & lapidem precioſum Germanorum, Italorum, Hiſpanorum, Gallorum, Indorum, & totius mundi. Ritus & Ceremoniæ, Sacræ ſcripturæ contrariæ, nulloque modo honeſtæ, piæ, aut decentes nulloque modo excuſabiles & defendendæ. Usus & Finis ſimilis eſt Authori, Tempori, loco & Ritibus. Rectè proinde Concludimus, noſtrum, non verò Pontificiorum, *verum, pium, Chriſtianum, Deoq; placentem & neceſſarium annum eſſe Iubilæum.* Nam quod feſtum 1. DEUM *habet authorem*; 2. *Tempus non definitum, ſed omne*; 3. *Locum non certum, ſed omnem*; 4. *Ritus & ceremonias honeſto & decoro inſervientes*; & 5. *uſum & finem divinum, pium, Chriſtianum. &c. illud utiq; Feſtum verè Chriſtianum feſtum eſt, & conſequenter neceſſariò celebrandum. At noſtrum Feſtum tale eſt,* ut ſuprà probavimus. Ergò. Contrà: Quod feſtum 1. *non habet authorem* DEUM, *ſed hominem; nec 2. ex pio & laudabili Zelo pios & devotos inſtituentes Chriſtianos, ſed Filium perditionis Bonifacium* VIII. *nec 3. tempus à Deo definitum, ſed propter ſitim auri ab Anti Chriſto Romano conſtitutum; nec 4. locum convenientem idoneum, ſed aſylum nequitiæ; & 5. nec uſum & finem divinum, honeſtum, laudabilem, ſed fraudulentum, inſidioſum &c. illud utiq; feſtum non eſt vere Chriſtanum, atq; conſequenter, non celebrandum, ſed abominandum, deteſtandum. At tale feſtum eſt Iubilæum Anti Chriſtianum, uti ſuprà probavimus. Ergò.*

Uti hactenus de Jubilæo: Sic jam de Indulgentiis quædam in medium proferemus. Indulgentias autem alias dicimus *veras, di-*

*ras, divinas*, ut noſtras: alias *falſas, Spiritui S. ejusq; verbo contrarias*, ut pontificias Romanas, Antichriſtianas, honorem Deo rapientes &c. Vocis *Indulgentiæ* ſignificatio præter illam, quâ parentum vel Dominorum *indulgentia* vel *conniventia* notatur, quadruplex potiſſimùm eſt, & in editione vulgatâ, in Concilio Tridentino Canonizatâ, *quinquies* invenitur: ut, Judith. 8. 14. Eſai. 61. 1. c. 63. 7. 9. 1. Cor. 7, 6. verbum verò *indulgeo*, ter legitur: Eſa. 26. 15. *indulſiſti genti tuæ Domine*; 1. Macc. 10. 29. *precia ſalis indulgeo*; cap. 13. 37. *parati ſumus remittere vobis, quæ indulſimus*. Nullus tamen ex omnibus his locis pontificias poteſt ſtabilire indulgentias, eò quòd in iis vocabulum *indulgentiæ* ſignificet I. *miſericordiam DEI*; ut Eſai. 63, 7. & 9. Judith. 8, 14. II. *diſpenſationem, admiſſionem vel conceſſionem rei alicuius aut negocii, quod nullo modo peccatum eſt*; *peccata* enim *non ſunt concedenda*, nec iis *indulgendum*; ut 1. Cor. 7, 6. Eſai. 26. 15. 1. Macc. 10. 29. cap. 13. 37. & hac ſignificatione Pontificii intelligunt, cùm Papa *literas indulgentiæ* dat, *in Quadrageſima Butyro, lacte, caſeo, carne veſci, vel nubere gradu prohibito*, in quibus omnibus Papa *diſpenſat, admittit, concedito*. Verùm Antichriſtianum hanc eſſe diſpenſationem, ſequẽtia luculenter evincunt. 1. Tim. 4. v. 1. *Spiritus exertè dicit, fore in noviſſimis temporibus quoſdam diſcedentes à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum*; v. 2. *in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere*; v. 3. *abſtinere à cibis, quos DEUS creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem*; v. 4. *Omnis creatura DEI bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum DEI & per orationem*. Matth. 15. 17. *omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur*; v. 18. *quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: extrinſecùs* autem Marc. 7. 18. *introiens hominem*, non poteſt eum coinquinare. Col. 2. 16. *nemo nos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut Sabbathorũ, quæ* v. 17. *umbra ſunt futurorum, Corpus autem Chriſti*. 1. Cor. 8, 8. *Eſca nos non commendat DEO: neq; enim ſi manducaverimus, abundabimus, neq; ſi non manducaverimus, deficiemus*. 1. Cor. 10. 25. *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam: nam* v. 26. *Domini eſt terra, & omnis plenitudo eius:*

*omne*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*omne, quod vobis apponitur, manducate.* v. 29. *ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia. Si autem ego.* v. 30. *cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo, quod gratias ago. Sive ergò* v. 31. *manducatis, ſive bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in Gloriam* DEI *facite.* Et ſi peccatum eſt, his & ſimilibus veſci, *cur Papa diſpenſat, & admittit peccata,* quod certè contra DEUM Syr. 15. v. 21. Hinc Cyprianus lib. 1. Ep. 4. *præceptis divinis neceſſe eſt obſequia noſtra deſerviant, nec perſonam in ejusmodi accipi, aut aliud cuiquam largiri poteſt humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit divina præſcriptio.* III. Significat *condonationem* non tantùm *peccatorum,* ſed & *optimè meritarum æternarum pœnarum gratuitam remiſſionem,* ut Eſa. 61. 1. (quem locum Chriſtus explicuit Luc. 4, 18. 19. 21. & *libertatem* per ἄφεσιν ſeu *remiſſionem exponit*) quo ſanè in loco homo peccator verè pœnitens, in Chriſtum credens, ejusque meritum verâ fide ſibi applicans, & in DEI miſericordia confidens, *in gratiā à DEO recipitur & corā Deo abſolvitur.* Sic Luc. 18. 14. publicanus *conſequutus indulgentiam, juſtificatus abit in domum ſuam,* quam Indulgentiā David conſiderans, Pſal. 32. 1. & Rom. 4. 7. ait: *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata;* v. 2. *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.* IV. Significat *remiſſionem* vel *abbreviationem pœnæ alicujus temporalis,* quæ illis perſonis fuerunt impoſitæ, cùm *Eccleſiam enormi aliquo ſcelere offenderunt & ſcandalizârunt.* Quæ ſignificatio *Eccleſiaſtica* eſt, & quidem *Eccleſiæ antiqua,* in qua tales ex Eccleſiæ communione rejecti, *ſub banno per aliquot tempus fuerunt,* de qua ſignificatione vide diſput. noſtram 9. in Exercitat. pag. 77. 78. 79. Cùm verò vera veræ pœnitentiæ indicia viſa ſunt, vel corporis aut animæ metuendum fuit periculum, in Eccleſiæ gremium iterum recepti, abſoluti, *indulgentiam conſequuti ſunt.* Exemplum habemus in *inceſtuoſo,* qui 1. Cor. 5. 1. 2. 3. 4. 5. Sub Banno Pauli & Eccleſiæ fuit, ſed *indulgentiam* conſequitur 2. Cor. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11 Quia enim Chriſtiani tum temporis *Magiſtratu deſtituebantur Chriſtiano,* hoc modo in *puniendo ſcelera* procedere ſoliti fuerunt. Ejuſmodi verò ſatisfactionibus, *non* DEO, ſed *hominibus offenſis & ſcandalizatis ſatisfaciebant,* teſte Auguſt. Enchir. ad Laurentium cap. 65. *Rectè conſtituuntur ab iis, qui Eccleſiæ præſunt, tempora pœnitentiæ, ut fiat etiam ſatis Eccleſiæ, in qua remittun-*

*tur ipſa peccata.* Exemplum harum indulgentiarum poſuimus in hac Diſp. probatione XI, ubi oſtenditur, *Indulgentias pontificias pugnare cum pia antiqua Eccleſia*; De quarum *modo* & *proceſſu* fuſiſſimè diſſerens Chemnitius videri poteſt in 4. part. Exam. Conc. Trid. impreſſ. Francof. anno 1585. in folio. à pag. 60. ad pag. 70. ubi pag. 60. docet, *quomodo ex ritibus publicæ pœnitentiæ in Veteri Eccleſia, ex mulctarum Canonicarum relaxatione, commutatione ſeu redemptione, poſteris temporibus novum genus indulgentiarum extructum ſit.* pag. 61. ponit *ritus publicæ pœnitentiæ*, ſive, *quales fuerint Canonicæ ſatisfactiones in V. Eccleſia.* pag. 63. oſtendit, *qualis fuerit ratio pœnitentiæ pro occultis criminibus*: Item, *pro quotidianis delictis in V. Eccleſia.* pag. 65. *quas cauſas & rationes V. Eccleſia habuerit, propter quas, & quo fine Canonicas ſatisfactiones publicè lapſis impoſuerit.* pag. 69. demonſtrat: *quòd Indulgentiæ olim aliud nil fuerint, quàm moderationes, relaxationes, ſeu remiſſiones illarum mulctarum Canonicarum, quæ in publica pœnitentia uſitatæ tunc erant.* Et hæ ſunt *ſignificationes* vocabuli *Indulgentiæ*: quarum nulla Pontificiis favere poteſt: non enim 1. de prima, nempe *miſericordia* DEI. nec 2. de ſecunda, *ubi aliquid, quod non eſt peccatum, conceditur, admittitur, indulgentiam habet.* nec 3. de quarta *Eccleſiaſtica*, quæ juſta, admittenda, & certè ex neceſſitate in noſtris quoque Eccleſiis adhuc adhibenda. Sed 4. de tertia ſignificatione quæritur, quæ verè hîc in Controverſiam venit, de *indulgentia peccatorum à* DEO *puniendorum*, QUOMODO, QUANDO & UBI *illorum Indulgentiam conſequi poſſimus & debeamus.* De quibus hoc modo noſtram veram & orthodoxam aperimus ſententiam.

Indulgentiam autem vel condonationem & remiſſionem peccatorum æternâ & temporali morte ac pœnâ puniendorum, dicimus *eſſe gratuitam miſericordiam* DEI *patris, & amorem intenſiſſimum dilectiſſimi fratris, Domini & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, dum acerbiſſimâ paſſione & morte ſuâ, proprio ſuo ſanguine precioſo illam nobis acquiſivit,* quam nos *ineffabilem & inexhauſtum reputamus theſaurum*, utpote quo totius Mundi peccata plenè & ſuper vacaneè Deo patri ſolvuntur, & ſic maximis etiam peccatoribus, veram pœnitentiam agentibus, & in Chriſtum verè credentibus *indulgentia & remiſſio ſine menſura datur, offertur, & confertur.* Sicuti Sancti Apoſtoli, & omnes legitimè

gitimè vocati & ordinati Eccleſiæ Miniſtri à Chriſto ad hoc conſtituti, hoc mandatum habent, ut omnibus verè pœnitentibus ex illo precioſo & nobili theſauro Indulgentiam vel remiſſionem peccatorum in nomine Domini Chriſti, *privatim & publicè* diſpenſent, quam in cœlo ratam & fixam fore clementiſſimè promiſit Joh. 20. 23. Luc. 24. 47. Matth. 16. 19. Precioſum hoc meritum Chriſti ſatis dignè & glorioſè enunciare non poſſumus, cùm *tot opera ſupere rogationis* fecerit, dum nihil, quod noſtri cauſâ fecit aut paſſus eſt, *facere aut pati debuit.* Author ergò eſt *Deus pater miſericors: Chriſtus frater remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam promerens, & Spiritus S. fidem in nobis accendens*, per quam *remiſſionem peccatorum, purificationem cordis, ὑοθεσίαν, juſtitiam, pacem cum Deo & vitam æternam* conſequitur. Ministri & Dispensatores hujus theſauri ſunt omnes illi, quos Dominus juſſit *ire, docere, & ſacramenta adminiſtrare* Matth. 28. 19. 20. Marc. 16. 15. Luc. 24. 47. quos voluit Deus 2. Tim. 3. 16. 17. 1. διδάσκειν, 2. ἐλέγχειν, 3. παιδεύειν, 4. ἐπανορθοῦν, 5. νουθετεῖν, 6. παρακαλεῖν, 7. παραμυθεῖν. His data eſt *poteſtas clavium* Matth. 16. 19. Johan. 20. 22. hi 1. Cor. 4, 1. ſunt *Miniſtri & diſpenſatores Myſteriorum DEI*, his *malleum conterentem petras* Jer. 23. 29. dedit. Locus eſt omne ποῦ ſeu ubi, tota terra, univerſus mundus Matth. 28. 19. 20. Marc. 16. 15. Luc. 24. 47. Actor. 17. 31. præcipit Deus, *ut ubiq; pœnitentiam agant.* Tempus, omne tempus eſt 2. Tim. 4. 2. Tit. 2. 15. Usus & Finis, ut remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam Matth. 10. 8. *gratis, ſine auro & argento* Eſai. 55. 1. 2. conſequamur.

Non ſic, ſed longè aliter Pontificii: Ita quidem habet decretum de Indulgentiis in Concilio Tridentino: *Cùm poteſtas conferendi Indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, atq; huiusmodi poteſtate divinitus ſibi tradita antiquiſſimis etiam temporibus illa uſa fuerit, Sacroſancta Synodus Indulgentiarum uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum authoritate probatum, in Eccleſia retinendum eſſe docet & præcipit, eosq; anathemate damnat, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. In his tamen concedendis, moderationem, juxta veterem & probatam in Eccleſia conſuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina enervetur.*

*Abuſus*

*Abuſus verò, qui in his irrepſerunt, & quorum occaſione inſigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos & correctos cupiens, præſenti Decreto generaliter ſtatuit, Pravos geſtus omnes pro his conſequendis (unde plurimum in Chriſtiano populo abuſuum cauſa fluxit) omninò abolendos eſſe. Cæteros verò qui ex ſuperſtitione, ignorantiâ, irreverentiâ, aut aliunde quomodocunq; provenerunt, cùm ob multiplices locorum & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant ſpecialiter prohiberi, mandat omnibus, Epiſcopis, ut diligenter quisq; hujusmodi abuſus Eccleſiæ ſuæ colligat, eosq; in prima Synodo provinciali referat, ut aliorum quoque Epiſcoporum ſententiâ cogniti, ſtatim ad ſummum pontificem deferantur, cuius authoritate & prudentiâ, quod univerſali Eccleſiæ expediet, ſtatuatur, ut ita ſanctarum Indulgentiarum munus piè, ſanctè, & incorruptè omnibus fidelibus diſpenſetur.* Quo in decreto notandum, Concilii decretum dicere I. *à Chriſto Indulgentias haſce Papanas Eccleſiæ conceſſas eſſe*, quod falſum eſt: Licèt enim Eſa. 61. 1. & Luc. 4. 16. inſigne de Meſſia vaticinium cum approbatione omnium ſuaviſſimis verbis explicuerit, indeque vocationem & officium ſuum demonſtraverit, ſimul tamen evicit, in quantâ nos à natura conſtituti eſſemus miſeriâ, ut auxilium, miſericordia, dilectio & redemptio ſua clarius eluceſceret, & ſic alludendo ad *corporale Iubilæum* veteris T. ubi *remiſſio fiebat corporalium debitorum, ſpirituale Iubilæum* ſignificare voluit, quòd jam non ampliùs ſimus *ſub involucro Moſaicarum traditionum, nec ſub maledictione Legis*, ſed quòd Phil. 4. 4. *gaudere & iterum gaudere debeamus in Domino, cùm liberati ſimus à timore mortis* Coloſſ. 1. 13. *Debita noſtra ſoluta, & ita filij Dei* Joh. 1. 12. *hæredes vitæ æternæ* & cohæredes Chriſti Rom. 8. 17. conſtituti ſimus, II. *Indulgentias antiquâ traditione ad nos perveniſſe*; quod quomodo verum ſit, ſuprà probavimus; & infra, evincemus. III. *Ideò admittendas*. Sed quia nec à Chriſto vel *annunciatæ* vel *demandatæ*, atque conſequenter ab antiqua pia Eccleſia ad nos non pervenerunt, ideo non ſunt admittendæ. IV. *Moderandas ut in V. Eccleſia, ne diſciplina Eccleſiaſtica nimiâ facilitate evertatur*, id quod non tantùm largô damus manu, ſed etiam ardentiſſimis à Deo petimus precibus, cùm nulla in parte ſimiles ſint Veteri piæ Eccleſiæ, ſed ſit jam diſciplina Eccleſiaſtica Romana, *tyrannis conſcientiarum, tortor animarum, La-*

*tro corporum*, *Fur bonorum*. Moderandæ certè eſſent, nec *venalia templa*, *ſacra*, *ſacerdotes proſtituerent*. V. *Abuſus corrigendos & tollendos*; quod nos certè in votis habemus: nam hos ſi ſuſtulerint, Papiſmus ſuperſtitioſus & Idololatricus erit ſublatus, & magis propè ad Eccleſiæ veræ ſimilitudinem accedet Cathedra Romana: ſed *leviter* tantùm de *abuſibus quibusdam* concionatur concilium: nec *in ſpecie abuſus illos explicat*: Nam Tezeliana portenta probare forſan non poteſt, & tamen *damnare* etiam vel *non vult*, vel *non audet*, cùm tunc à tota Pontificia Eccleſia (uti ex Hiſtoria conſtat) defenſa & Papali authoritate confirmata fuerint. Ut igitur Concilium aliquid ſaltem agat, in *genere* nominat *abuſus quoſdam*, & *pravos quæſtus*, ſed illos nec oſtendit, nec explicat: dicit autem *in ſpecie illos inveniri & prohiberi commodè non poſſe*: quo facit Concilium, ut per verba generalia ſpem emendationis promittat, re ipsâ verò nihil præſtet, quin potiùs revocet, uti conſtat ex Bulla Pii V. anno 1571. quâ fideles hortatus eſt *ad priora* &c. & licèt ſub fine Bullæ *exactionem pecuniarum abhorrere* viſus fuit, dum *Notariis & id genus perſonis interdixit*, magis tamen homines iterum ineſcare & faſcinare, quàm dicta ſervare voluit, ſicuti jam meridies loquitur. VI. *Abuſus & errores ab Epiſcopis notandos*, *Papæ offerendos*, *& ab illo pro prudentia ſua dirigendos*. Optandum eſſet, ut Pontificii Epiſcopi rectiùs ſuo Epiſcopali fungerentur munere, majorem animarum curam haberent, nec *ventri & auri ſiti* ita ardenter ſtuderent, ſed *obſervarent gregem*, *examinarent & probarent doctrinam ſuam*, *ritus ſuos idololatricos & ceremonias ſuperſtitioſas abolerent*: ſed actum eſſet de *ventre*, de *opibus*: ideoque parùm quæ Dei ſunt, curant. *Abuſus Papæ offerendos* dicit concilium, *qui ejusmodi prudentiſſimè poſſit dirigere*: puta, *quia ejus eſt primatus in omnibus*, *à quo omnis exulat & inſcitia & error*. Sed Papæ! offerendi ſunt ejuſmodi abuſus: *Duplicabit ſanè, pro ſua imprudentia, quâ ubiq; audit*: *Intricabit omninò, non diriget, cùm non intelligat, viam pacis neſciat, nec ſit iudicium in greſſibus eius*: *ſed ſemitæ eius incurvatæ ſint illi, & qui calcat in eis, ignoret pacem*. Affectatus Papæ primatus de *iure divino* nullus eſt; nam Chriſtus 1. *omnem dominatum Apoſtolis & paſtoribus Eccleſiæ prohibuit*. Luc. 22. 25. 26. Mar. 9. 35. Matth. 8. 4. 2. Idem *officium*, *eandemq; poteſtatem omnibus ex*

ÆQUO *Apoſtolis contulit* Matth. 10. 1. cap. 18. 18. c. 28. 19. 20. Marc. 16. 15. 16. Luc. 9. 1. Johan. 20. 21. 23. 2. Cor. 5. 20. 3. *ipſe* SOLUS *Eccleſiæ paſtor Oecumenicus, caput & fundamentum eſt* Ezech. 34. 22. 23. 24. Johan. 10. 17. 1. Cor. 3. 11. Eph. 1. 22. Coloſſ. 19. 18. cap. 2. 19. 4. *Qui etiam omnis generis Miniſtros dando, nullū dedit Epiſcopum* OECUMENICUM Eph 4. 11. 12. Sed 5. *Apoſtolicum munus voluit eſſe omnium ſummum & maximum in Eccleſia* 1. Cor. 12. 18. *Ideoq́;* 6. *in univerſa ſcriptura nil legitur de Pontificatu petri, & univerſali poteſtate ſuper omnes Apoſtolos exercitâ.* Sed 7. *ipſe ablegabatur ab aliis* Actor. 8. 14. 8. *Non* SOLUS *decidebat Controverſias* Actor. 15. 5. &c. Neque 9. *erat ſolus communis Eccleſiarum inſpector* Gal. 2. 9. Sed 10. *Sympresbyter* 1. Pet. 5. 1. Ideoque 2. *ipſe Dominatum prohibuit* 1. Pet. 5. 2. 3. Nec 12. *maiorem præ Paulo dignitatem habuit* 2. Cor. 12. 5. 11. Gal. 2. 6. Unde 13 *primis etiam Eccleſiæ ſeculis altum omninò de Papa & Oecumenico Epiſcopo fuit ſilentium, cùm Paſtores unanimiter & communibus curis univerſum Domini gregem gubernaverint.* Concilium ergò Tridentinum ita decernit, ut tamen de ſententia & doctrina pontificiorum de Indulgentiis non ſis inſtructus; cauſæ enim malitiâ deterritum, nihil certi definire voluit. Ideoque nos modernorum Papiſtarum de Indulgentiis doctrinam explicatiùs, breviſſimè tamen ex illorum ſcriptus colligemus, exponemus, & quod veritas docebit, reponemus.

Indulgentia, definiente Franciſco Majorano, *eſt remiſſio peccatorum, quo ad illa, quæ poſt ſuſceptum pœnitentiæ Sacramentum remanent de peccatis.* Joannes Altenſtajus & Joan. Tytz in Lexic. Theolog. pag. 224. Col. an. 1619. impreſſo, ita: Indulgentia *eſt quædam remiſſio pœnæ debita pro peccato, poſt contritionem habitam de Deo.* vel: *Indulgentia eſt pœnæ relaxatio, quam quis juſtè pro culpis propriis facere debuiſſet, de Theſauro Eccleſiæ, ad divinam juſtitiam perſolvendam ſumpta; & (ut dicunt) indulgentiæ ſolùm reſpiciunt pœnam, non culpam, & ita non à culpa, ſed à pœna abſolvunt.* Bellarm. lib. 1. de Indulg. cap. 5. ut dicat, quid propriè ſit Indulgentia, *ſolutio ne* an *abſolutio*, has duas ponit propoſitiones. 1. *Indulgentia propriè eſt abſolutio judiciaria, annexam habens ſolutionem ex theſauro.* 2. *Quàmvis in indulgentiis abſolutio cum ſolutione ordinariè coniungatur: poſſet tamen ſummus Pontifex Indulgentiam concedere per ſolam ſolutionem, non tamen per ſolam abſolutionem.*

Frider, Fornerus in tractatu ſuo Germ: pag. 24. de Indulgent: Derowegen nennen wir Ablaß ein Anwendung oder *Application* der vberaußgab vnd *ſupererogation* der vbermäſſigen gnugthuung Chriſti/vnd aller Heiligen/durch welche vns als Gliedern eins Leibs geholffen/vnd die zeitliche Straff verbieſſet vnd bezahlet wird. & pag. 31. quia Indulgentia eſt tam vivorum, quàm mortuorum, ita priorem definit: *Indulgentia, quæ hic viventibus tribuitur, & ex juriſdictione proficiſcitur, eſt remiſſio ſeu abſolutio pœnæ temporariæ, quæ peccatis antea admiſſis, ſed jam quoad culpam deletis, in interno pœnitentiæ tribunali debetur, ab Eccleſiæ præſule ex Communi Eccleſiæ theſauro conceſſa.* Poſteriorem pag. 203. 204. 205. valdè lubricè & planè fabuloſè proponit: quam nolo adſcribere. Ex quibus colligitur, pontificios ſentire & ſcribere de *excellenti inexhauſto theſauro, qui ex ſuperfluis ſatisfactionibus Chriſti, Mariæ, & aliorum ſanctorum collectus ſit, ex quo hominibus per diſpenſationem vel diſtributionem Indulgentiarum applicatio & communicatio fiat, & quidem non tantùm pro vivis, verùm etiam pro defunctis in Purgatorio:* ſeu, uti Johan. Altenſtajus in Lexico, titulo de indulgentia loquitur: *valent indulgentiæ, ex abundantia meritorum Chriſti & ſanctorum, quæ ultra merita Chriſti Sancti ſuſtinuerunt. Sed Franc. Mar. in tract. de indulg. dicit: quòd cùm merita ſanctorum ſint ultra condignum remunerata à Deo, & ſic exhauſta quòd ſolùm dantur ex merito Chriſti & paſſionis eius, cuius minima gutta ſanguinis vel ſudoris ſufficeret ad expiationem omnium peccatorum, quæ unquam fuerunt perpetrata vel perpetrabuntur. Sed illud non videtur, ut probat f. Oſdal. l. 4. Roſar. Theol quare addendum eſt id, quod ſcribit Palud. d. 20. q. 4. l. 4. qui vult, quòd in valore indulgentiarum eſt triplex cauſa; una ex parte Chriſti, alia ex parte Sanctorum, tertia ex parte Eccleſiæ, quæ diffuſè videantur apud Palud. Et tantum valeat, quantum ſonant, etiam in* FORO DEI, HIC ET IN PURGATORIO. Hactenus Altenſtajus. Diſpenſatorem verò hujus theſauri Indulgentiarum Bulla 1600. dicit eſſe ſummum *Epiſcopum Romanum, ſummum paſtorem:* Sicuti in vigilia nativitatis veſpertino ante tempore ſingularibus ceremoniis & ſolennitatibus *hunc theſaurum aperit:* Omnes item *præſentes Cardinales, prælati & Ambaſſatores cum ſuis ſatellibus & officiariis in Pontificis palatio ſe colligunt, conſueto quilibet habitu Pontificem comitantur, ſellâ ad Baſilicam Petri qui portatur: quilibet*

*libet Cardinalis ceream geſtat Candelam albam: ſinguli præſules (ceream Communem: ad templum cùm pervenitur, Papa ipſe manu prehendit Candelam, ſolium eminentius ad hoc ordinatum conſcendit, ubi aureo vel aurato malleo clauſam Petri portam pulſat, aliquot ex pſalterio ſubmurmurans verba, ad quæ ſtatim aliquot Collecta & preces habentur & cantantur. Quibus peractis, pergunt Cardinales ad reliqua tria templa, iiſdem Ceremoniis illa pandunt, puta Pauli, Iohannis, & Mariæ Maioris. Quæ pòſt anno toto integro aperta omnibus Indulgentias concedunt & largiuntur, modò veniant & colligant &c.* poſt per Bullas ſuas in diſſitis oris concedit Epiſcopis Papa, ſuo nomine *Indulgentias diſtribuere*, cum mandato, daß ſie viel Gelt ſollen löſen. Cauſa verò repoſiti hujus Indulgentiarum theſauri non una eſt. Fornerus pag. 174. quinque ponit. 1. pag. 174. Die erſte Vrſach des hinderlaßnen Ablaßſchatz der Kirchen von Chriſto iſt: daß er damit ſeine vbermäſſige gütigkeit vnd vnendliche Barmhertzigkeit ans Liecht gebe / in dem er vns Kundbar vnnd wiſſentlich macht / daß er viel lieber ein kleines / geringes / in der lieb vollzogens Werck / als da ſeye Gebet / Faſten / Allmoſen / Kirchfarten / vnd dergleichen gute vbungen / ſo vmb erlangung deß Ablaſſes vom Obriſten Schatzmeiſter am Außſpendung der Indulgentien gebotten ſeyn / zuacceptirn vnd anzunemmen gewolt / als daß der Menſch eine ſo ſchwere Straff entweder hie auff Erden / wie ſie in den *Canonibus pœnitentialibus taxirt*, oder aber dorten im Fegfewr / ohn alle erbarmung leyden ſoll. 2. Die ander Vrſach iſt / weil GOtt der Allmächtig pag. 175. nichts anders ſuche vnd begert / als das wir durch Würckung guter Werck vnſern Beruff vergwiſſen / vnd verheißnen ewigen lohn im Himmel mehren / vnd endlichen durch den Verdienſt Chriſti inn verharrung bey der Gerechtigkeit darzu glücklich gelangẽ / auch diß fals inn Außſpendung deß H. Ablaß vnſern Nutz vnd frommen Werben / vnnd vns zu den Wercken der Gerechtigkeit anreitzt. 3. Die dritt Vrſach *pag.* 175. iſt / das die Reichen (die haben Gelt) ſo inn allen Wolluͤſten dieſes Lebens zartiglich erwachſen vñ erzogen werden / vnd ſich vor den harten ſtrengen Wercken der Gerechtigkeit vber die maß ſchewen / vnd dieſelbige fliehen / dannoch einen Troſt haben / daß ſie ihre Sünd nach dem Raht Daniels durch Allmoſen im zeitlichen Leben. (da kan der Papſt Gelt löſen.) verbüſſen / vnd abtilgen

tilgen köndten ohne Schmertz vnnd Pein. 4. Die vierdte Vrſach pag. 176. iſt; Das den Armen recht vnd Troſt geſchaffet werde. (nemlich dem armen Papſt / Cardinäln / Jeſuiten / Mönch / Pfaffen vnd Nonnen) Wann die Reichen wolvermögenden vmb Theilwerdung deß H. Ablaſſes zu mildreicher / freygebiger Außſpendung jhrer vberflüſſigen Haab vnd Güter angereitzet werden. 5. Die fünffte Vrſach pag. 176. iſt: Fürnemblich aber / wie ich mich beduncken laß / hat vnſer Seeligmacher ſeinen Gläubigen den Weeg zum Himmel leichtern / vnſern Glauben ſtärcken wöllen / inn beſtättigung deß hohen gewalts / welchen er dem H. Haupt Apoſtel Petro vnd ſeinem Nachſäß dem Obriſten Biſchoff vnd Hirten ſeiner Kirchen geben hat: Da er geſagt Matth. 16. Was du auff Erden löſen wirſt / ſoll auch im Himmel auffgelöſet ſeyn.

Locus verò hujus theſauri *primarius* eſt *Roma*: & quidem ſecundum primam Jubilæi Bullam ſolùm *Limina Apoſtolorum*, puta *Petri & Pauli*; acceſſerunt jam Templa *Sancti Iohannis Lateranenſis*, ac *Sanctæ Mariæ Maioris de urbe* teſte Bullâ 1600. Clementis VIII. ubi ita Papa: *Vos filij obedientes & Catholici, à* Deo *& à nobis benedicti, venite, adſcendite ad Locum, quem elegit Dominus, ad ſpiritualem Sijon, & Hieruſalem Sanctam, non literâ ſed ſpiritu, unde ab exordio naſcentis Eccleſiæ Lex Domini, & lux Evangelicæ veritatis in omnes gentes & nationes derivata eſt. Hæc eſt illa felix civitas, cuius fides Apoſtolico ore laudata annunciatur in univerſo mundo, cui ipſi Beatiſſimi Apoſtolorum Principes, Petrus & Paulus, totam doctrinam cum ſanguine profuderunt, ut per Sacram Beati Petri ſedem caput orbis terræ effecta, Mater eſſet cunctorum credentium, & Magiſtra omnium Eccleſiarum. Hîc fidei Petra, hîc fons Sacerdotalis unitatis, hîc incorruptæ veritatis doctrinæ claves Regni cœlorum, & ſumma ligandi atq; ſolvendi poteſtas, hîc deniq; theſaurus ille Eccleſiæ, inexhauſtusq; ſacrarum Indulgentiarum, cuius cuſtos & diſpenſator eſt Romanus Pontifex.* & iterum: *conſequuntur remiſſionem, qui Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilicas, & ſancti Iohannis Lateranenſis, ac ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe Eccleſias viſitaverint &c.*

Tempus juxta Bullam Clementis VIII ita ſe habet: *Romanus Pontifex eas* Omni Quidem Tempore *diſtribuit, prout ſalubriter in Domino intelligit expedire, ſed anno potiſſimùm Sancti Iubilæi piâ & largâ*

*largâ profundit manu, quando & portæ Sanctæ in antiquiſſimis & religioſiſſimis huius almæ urbis Baſilicis & Eccleſiis apperiuntur more ſolenni, quas incolæ per triginta, peregrini per quindecim dies devotè viſitare debent.*

Uſus & finis ex Bulla Clementis VIII. hic eſt: *aperiuntur hæ portæ more ſolenni, & fideles à peccatorum labe expurgati intrant in Conſpectum Domini in exultatione, ut non iam ex veteris legis inſtituto, quæ umbram tantùm habebat futurorum bonorum, neq; ex Hebræorum conſuetudine, quibus omnia contingebant in figura, aut ſervi humanæ ſervitutis jugo conſtricti, liberi evadunt, aut in carceribus vincti dimittantur, aut gravi ære alieno oppreſſi liberentur, quin etiam ad Paternorum bonorum poſſeſſionem redeant: terrena enim hæc ſunt fluxa & caduca: ſed fructus Anni ſancti & ſpiritualis noſtri Iubilæi illi ſunt uberrimi, quòd animæ Chriſti ſanguine redemptæ è Iugo ferreo Diabolicæ Tyrannidis, atq; ex tetro Carcere & vinculis peccatorum, divinâ Sacramentorum efficacia abſolvuntur, & dimiſſis delictis ac pœnis in adoptionem filiorum DEI, atq; cœleſtis Regni hæreditatem, paradiſi poſſeſſionem admittuntur, & alia quam plurima DEI beneficia accipiunt.* & paulò poſt: *Si devotè hæc loca viſitaverint, & pro ipſorum fidelium, ac totius Chriſtiani populi ſalute pias ad* DEUM *preces effuderint*, Plenissimam Omnium Peccatorum Suorum Indulgentiam Remissionem, ac Veniam Misericorditer in Domino Concedimus & Impertimur. (NB. nullam *mortuorum in Purgatorio degentium* facit mentionem: cùm tamen illis quoque indulgentias prodeſſe, illisque juvari contendant pontificii) *Novum uſum & finem* Cardin. Hoſius Tom. 2. p. 21. ex his verbis Apoſtoli 2. Cor. 8, 14. *Veſtra copia illorum ſuccurrat inopiæ, ut & illorum copia veſtræ ſuccurrat inopiæ: ut fiat æquabilitas*, expreſſit, ita ſcribens: *Hic Mercaturam quandam nos Paulus docere videtur. Abundatis, inquit, vos pecuniâ, & eſtis inopes iuſtitiæ: contrà illi abundant* juſtitiâ, *& ſunt inopes à pecunia: fiat quædam inter vos commutatio. Date vos piis egentibus pecuniam, quæ vobis affluit, & illis deficit: ſic futurum eſt, ut illi viciſſim juſtitiam ſuam, quâ abundant, & quâ vos eſtis deſtituti, vobiſcum communicent.* Hæc eſt doctrina Pontificiorum de Indulgentiis majori ex parte ex Bulla Clementis VIII. quam mox apponemus, modò priùs ſententiam & doctrinam Pontificiorum de Indulgentiis planiorem & pleniorem appoſuerimus. Gregorius de

Valentia

Valentia ita definit: *Indulgentia Eccleſiaſtica eſt relaxatio pœnæ temporalis judicio divino peccatis actualibus poſt remiſſam culpam debitæ per applicationem ſuperabundantium Chriſti & ſanctorum ſatisfactionum, facta extra Sacramentum ab eo, qui legitimam ad hoc authoritatem habet.* Hujus dogmatis Impietas ut meliùs & pleniùs cognoſcatur, attendenda ſunt aliquot. 1. *Indulgentiarum origo.* 2. *Pœnæ, quæ indulgentiis tolli finguntur.* 3. *Homines, qui eis juvari dicuntur.* 4. *Fundamentum Indulgentiarum.* 5. *Authoritas diſpenſandi.* 6. *Iubilæus.* 7. *Finis pecuniæ, quæ loco conceſſarum Indulgentiarum numeratur.*

I. ORIGO impiarum opinionum de Indulgentiis Pontificiis oritur ex erroribus, quos Pontificii fovent circa articulum de *pœnitentiâ*, & comprimis de *ſatisfactione propriâ*, & fabulantur hodierni Pontificii, *Chriſtum quidem ſatisfeciſſe pro culpa, ſed non pro omni pœna; quadam igitur temporali pœna pœnitentem liberari per indulgentias ſtatuunt, nempe ab ea, quam ſponte ſuſcepit, Prælatusve imponit, vel quam ſuſtinent animæ fidelium* in *Purgatorio.* Johannes Roffenſis ſcribit in Aſſert. Lutheri confut. Art. 17. pag. 166. *Nos cum Eccleſia credimus, quòd plerumq; poſt deletam culpam remanet in peccatore quædam ad pœnam pro peccatis priſtinis debitam obligatio, quæ per ſummi Pontificis condonationem tolli poteſt.* Incrementa inſuper magna ſumpſerunt Indulgentiæ ex *ſuperſtitioſa devotione & fabulis antiquorum Monachorum.* Inter cæteras riſu dignas afferamus ex Bernhardini Roſario impudentiſſimam fabulam de plenaria indulgentia in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Angelis apud Aſſiſium, ubi ita legitur: *Cùm Franciſcus apud illum locum in cella ſua oraret, apparuit ei Angelus dicens, ut iret ad Eccleſiam, quoniam Chriſtus & Beata Virgo cum Angelis expectarent eum.* Chriſtus autem dixit: *Franciſce, poſtula quod circa ſalutem animarum, quia datus es in lucem gentium.* Franciſcus dixit: *Supplico ut digneris facere hanc gratiam generi humano, concedere ſcilicet omnibus & ſingulis venientibus ad locum iſtum, & in Eccleſiam introëuntibus illam, veniam & indulgentiam omnium peccatorum ſuorum univerſaliter & generaliter. Et ſupplico Beatæ Virgini, advocatæ humanæ generis, ut pro hac petitione impetrandâ me adjuvare dignetur &c.* Chriſtus verò reſpondit, dicens: *ſatis grande eſt quod petiſti, ſed maioribus dignus es, frater Franciſce. Admitto igitur ſupplicationem tuam: ſed volo ut vadas ad meum vicarium, cui dedi poteſtatem*

*ſtatem ligandi & ſolvendi in cœlo & in terra, & petas ab eo ex parte meâ dictam indulgentiam. Franciſcus manè ſe contulit ad Papam Honorium, & petiit, ut ad honorem Virginis Mariæ dignaretur in ipſa Eccleſia Portiunculæ, ponere indulgentiam plenariam ſine oblationibus.* Papa reſpondit: *ſe non poſſe hoc facere, quia oportet, ut qui vult indulgentiam, eam mereatur ponendo manus ad jutrices. Interrogavit autem Pontifex Franciſcum, quot annos ibi vellet poni de indulgentia. Qui reſpondet, ſe non velle annos, ſed animas, ut quicunq; dictam Eccleſiam intrarent contriti & confeſſi, plenam conſequerentur remiſſionem omnium peccatorum ſuorum à culpa & à pœna, quæ peccata commiſiſſent à die Baptiſmi usq; ad diem & horam introitus in Eccleſiam: addens, quòd non ex ſe hoc peteret, ſed ex parte Chriſti, qui eum miſerat. Tunc Papa annuit, & quod poſtulaverat, conceſſit. Egrediente autem Franciſco, Papa dixit: Vbi habes bullam? at ille reſpondit: Nullum de hac re volo inſtrumentum: ſed ſit Beata Virgo charta: Notarius ſeu plumbator Chriſtus: Angeli teſtes: ſigilla ſtigmata Franciſci. Poſtmodùm ad petitionem Cardinalium Papa Indulgentiam illam ad unam diem naturalem ſingulis annis in perpetuum extendi declaravit, primâ ſcilicet die Auguſti, à primis veſperis uſq; ad veſperas ſecundæ Diei.* Hæc Bernhardinus. Piget talia & pudet adſcribere plura.

II. Indulgētiis QUID TOLLATUR, Coſterus in Enchir. c. 12. p. 411. docet: *Indulgentiis nō remittuntur culpæ peccatorū, quæ ſublatæ eſſe debēt per pœnitentiæ Sacramentū: Sed pœnæ temporales peccatis poſt remiſſionē culparum debitæ, iſq; qui nullis pœnitentiis obligatur, indulgentiis nō eget. Illis etiam non remittuntur temporariæ pœnæ, quas in hoc mundo DEVS peccatoribus infligit, ut ſunt, morbi, bella, fames, bonorum direptio, mors corporis &c. nec peccatum originale, quæ primorum parentum peccato genus humanum infecerunt: neq; pœnæ civilibus legibus ſancitæ, aut Eccleſiaſticæ cenſuræ, aut votorum obligationes, quarum tamen relaxandarum poteſtas ſubinde fit diplomatibus Pontificiis, non in Indulgentiarum, quæ ſe eousq; non extendunt, ſed Pontificis authoritate tria Indulgentiis condonantur. 1. pœnitentiæ ſeu pœnæ à Confeſſario iniunctæ. 2. Eæ quæ ex ſacris Canonibus injungendæ aut ſubeundæ forent. 3. pœnæ purgatorii, quæ pœnitentiis hujus vitæ reſpondent. Itaq; per Indulgentiam plenariam tollitur omnis pœna purgatorii, per indulgentiam ſeptem annorum, vel definiti temporis, redimitur tantum pœnæ, quantum ſublatum fuiſſet, ſi illius temporis completa eſſet pœnitentia.*

III. HOMI-

III. HOMINES qui hiſce indulgentiis ſecundùm opinionem Pontificiam juvantur, non tantùm *vivi*, ſed etiam *defuncti* ſunt, *ſeu animæ fidelium à temporariæ pœnæ reatu nondum ſatis purgatæ, & proinde purgatorii pœnas ſubeuntes.*

IV. FUNDAMENTUM Indulgentiarum fingitur eſſe *theſaurus Chriſti, & Sanctorum ſatisfactionum*, qui applicari poſſit *pœnitentibus*, qui rei dicuntur eſſe *pœnæ luendæ poſt culpam in Sacramento pœnitentiæ remiſſam.* Fingunt enim Pontificii, *Sanctos DEI in hac vita longè plura bona opera feciſſe, quàm quæ ipſis ad promerendam & conſequendam ſalutem neceſſaria fuerint*, hæc vocant *opera ſupererogationis; plura etiam & graviora perpeſſos fuiſſe, quàm pro peccatis ſuis debuerint.* Hæc igitur, quæ *ſupererogârint*, & ad ſalutem ſuam, & pro peccatis ſuis *neceſſaria non habuerint*, tanquam in *ciſtam* quandam *admixtis etiam ſuperabundantibus meritis paſſionis Chriſti, in theſaurum Eccleſiæ eſſe congeſta.* Hujus verò theſauri CLAVES *Petro*, & conſequenter *Romano Pontifici* eſſe traditas, ut is vel *per ſe*, vel *per ſuos delegatos inde indulgentias pro ſuâ authoritate & prudentiâ licitantibus & redimentibus diſpenſet & conferat.*

V. AUTHORITAS ex theſauro diſpenſandi eſt penes *Romanum Pontificem*, qui vel per ſe, vel per alios indulgentias confert. Roffenſis dicit pag. 166. *Pœnæ debitum ſolvi poteſt per ſummi Pontificis condonationem.* Eckius in Enchir. tit. 24. *Quòd Papa theſaurum diſpenſat, patet ex Apoſtolo dicente: Sic nos exiſtimet homo, & miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum eius.* Bellarm. lib. 1. de Indulg. cap. 3. *Eccleſiæ paſtoribus Authoritas divinitùs conceſſa eſt, theſaurum ſatisfactionum diſpenſandi, ac per hoc Indulgentias concedendi. Diſpenſare verò poſſunt Chriſti paſſionem, tum per Sacramenta, tum per Indulgentias: paſſiones verò Sanctorum non niſi per Indulgentias.* Quo verò diſcrimine Papa, & alii Eccleſiæ paſtores Indulgentias concedere poſſint, explicat cap. 11. *Authoritas enim illa potiſſimùm reſidet in ſummo Pontifice, ac propterea poteſt ipſe Indulgentias etiam plenarias omnibus fidelibus elargiri. Epiſcopi & Metropolitani poſſunt in ſua diœceſi, & provincia indulgentias tribuere, ſic tamen, ut Indulgentiam unius anni in die Dedicationis Eccleſiæ, vel quadraginta dierum aliis temporibus de iniunctis pœnitentiis non excedant. Legati Apoſtolici poſſunt vel ex commiſſione ſpeciali, vel generali ſummi Pontificis Indulgentias concedere in omni loco, ad quem ſuæ legationes ſe extendunt. Summus pœnitentiarius poteſt concedere centum dies indulgentias.*

VI. Unde JUBILÆUM rectè Inſtitutum illis judicatur, propter plenarias Indulgentias caſuum etiam reſervatorum.

VII. Certo autem & præſcripto MODO Indulgentiæ ſunt *redi-*

*mendæ*; nempe: Urbis Romanæ Eccleſiæ, vel aliæ certis temporibus *largis oblationibus* ſunt viſitandæ, vel *manus adiutrices* (uti etiam Bulla Clementis VIII. mox adſcribenda teſtatur) *largè pecuniam contribuendo, ſunt porrigendæ.* Ideoque VII. Finis hujus oblationis, uti prætendunt, non eſt, ut lautam cum ſuis Pontifex agat vitam, eos ditet & temporaliter beet, ſed vel *alicuius Baſilicæ conſtructio*, vel *mali, quod à communi hoſte*, (utpote Turcâ) *imminet, propulſatio.* Conferri igitur debet ejusmodi pecuniæ acervus ad bellum contra infideles & eos, quos hæreticos vocant. Hæc ergò hujus commenti Pontificii ſumma eſt: 1. *DEVS propter obedientiam & paſſionem Chriſti voce Evangelij remittit culpam*; 2. *pœna culpis debita virtute clavium quidem remittitur, ſed non plenè*; 3. *Sacerdos igitur tanquam iudex & arbiter Eccleſiaſticus taxat, & talem pœnarum imponat modum, qui ſit proportionabilis, & poſsibilis noſtra in hac vita infirmitati, ut per tales pœnas DEO ſatisfaciamus*; 4. *Iniunctæ verò illæ pœnæ, quæ ſecundùm Canones dicuntur imponi, ſi in hac vita non plenè exolvantur, luendæ ſunt in purgatorio*; 5. *Cùm autem pœnas exigant Canones pœnitentiales, & divina juſtitia pro peccatis, & hæ ſint maiores, quàm illæ: ideo etiamſi Canonica pœnitentia in hac vita plenè exolvatur, tamen pœna quædam in Purgatorio ſunt ſuſtinendæ*; 6. *Pœnæ hæ, quas vel Canones, vel juſtitia divina exigit per Indulgentias, vel in ſolidum, vel ex parte remittuntur, ſi videlicet illæ certo & præſcripto modo redimantur*, uti id expreſſis verbis legimus in Compendio Theologicæ veritatis lib. 7. cap 5. *Papales Indulgentiæ proſunt defunctis in Purgatorio, ut patet, quia Crux datur aliquando pro duabus, vel quatuor, vel decem animabus. In Eccleſia enim eſt theſaurus meritorum, tam Chriſti, quàm Perfectorum, de quo ſolus Papa, qui claves habet huius theſauri, pro neceſſitatibus Eccleſiæ poteſt accipere & diſpenſare. Alii autem, ſicut Epiſcopi, non habent in his poteſtatem generalem, ſed limitatam, & non niſi per Summi Pontificis diſpenſationem. Dicendum ergò, quòd Papa propriè non abſolvit defunctos à pœna, ſed* QUASI *pro eis ſolvit de communi theſauro Eccleſiæ, ſicut aliter creditor liberat debitorem, dum à debito eum abſolvit, & aliter amicus debitoris, dum pro eo debitum ſolvit. Sed viventes utroq; modo abſolvit Papa.* Errorem autem de *luendâ pœnâ temporali*, ut incruſtent, fingunt *Indulgentias & theſaurum Eccleſiæ relictum*, ubi ſit 1. *Superabundans Chriſti meritum.* 2. *Opera Sanctorum, quæ vi meriti Chriſti ſint vitæ æternæ meritoria, ac pro pœnis peccatorum ſatisfactoria*, 3. *paſſiones Sanctorum* (quas novo vocabulo *pœnalitates* vocant) *quæ fuerint longè plures & graviores, quàm reatus pœnæ temporalis exigeret, cui ob proprias culpas obnoxij fuerant: ideoq; illas ex condigno pro pœna temporalis merito DEO ſatisfacere poſſe.* Theſaurum hunc ex *ſatisfactione Chriſti, operibus & paſſionibus ſan-*

*bus ſanctorum* partum, Papa Romanus in quoddam quaſi *ærarium* colligit, ad quod ſibi quidem ſoli claves reſervat: quem tamen diſpenſat & applicat 1. VIVENTIBUS, & quidem vel *ipſe ſolus immediatè*, id quod in *Iubilæo* maximè fit: vel *mediatè* per *Legatos Apoſtolicos, Epiſcopos Metropolitanos, ſummos pœnitentiarios, aliosq́, Eccleſiæ Romana abſolutè prælatos*. 2. *Defunctorum* ANIMABUS *in purgatorio æſtuantibus*, idque per *ſuffragia vivorum*, h. e. per *miſſas, vigilias, jejunia, preculas, aliaq́, opera Papalium hypocritica*: Antequam verò ad omnia hæc, quæ Pontificii de *Indulgentiis* & *theſauro Eccleſiæ* docent & ſentiunt, quicquam reponamus, operæ precium judicavimus huc apponere *Bullam Clementis* VIII. anno 1599. ad annum Jubilæum 1600. evulgatam, ut *forma illius*, & *Apoſtaſia Pontificia* magis magisque pateſcat. Ita autem de verbo ad verbum exſcripta & adſcripta illa ſe habet.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis divinâ providentiâ Papæ VIII. indictio ſancti Jubilæi piè viſitantibus Baſilicas Beatorum Petri & Pauli, nec non Eccleſias Sancti Johannis Lateranenſis, & Beatæ Mariæ Majoris de Urbe, proximo anno Milleſimo Sexcenteſimo Clemens Epiſcopus, Servus Servorum DEI, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Annus Domini placabilis, annus remiſſionis & veniæ, filii in Chriſto dilectiſſimi, jam DEI munere appropinquat, jam tempus acceptabile, & dies æternæ ſalutis adveniunt, ad redimenda peccata, ad ſalvandas animas. Annus Chriſtiano populo inprimis optabilis & jucundus ſanctiſſimi Jubilæi jam propè adeſt, qui à ſalutifero partu Beatæ DEI genetricis, & ſemper Virginis Mariæ ſexcenteſimus ſupra Milleſimum numeratur, tanto majori fidelium gaudio & frequentiâ in alma hac Urbe de more celebrandus, quantò expreſſiùs atque efficaciùs ſuam primariam originem repræſentat. Nam quemadmodum veteri traditione, & majorum monimentis teſtatum eſt antiquiſſimo Romanæ Eccleſiæ inſtituto, per decurrentes ſeculorum ætates, hoc eſt, ſingulis centenis annis à Chriſti Domini & Salvatoris noſtri natali, ampliſſimæ peccatorum indulgentiæ, & remiſſiones propoſitæ erant iis, qui ſacra Beatorum Apoſtolorum limina piè ac devotè viſitarent. Quam ſanè vetuſtam inſtitutionem Anni Centeſimi non vanâ gentilium ſuperſtitione, ſed religioſo cultu, & Chriſtianorum concurſu Romæ celebrandi, Felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter ſuo Apoſtolico decreto, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum confirmavit. Ac licèt alii ſummi Pontifices, Prædeceſſores item noſtri, qui poſtea ſunt conſecuti, intra anguſtiores annorum limites, propter vitæ humanæ brevitatem, Jubilæi celebrandi

Bulla Clemẽtis VIII. Latina, quâ Jubilæum indicit.

Origo primaria Jubilæi eſt traditio Vetus & majorũ monimenta.

Bonifacius VIII. certum tempus definivit.

Cur contraxerint Succeſſores tempus?

Inprimis inſignis eſt annus Jubilæus ſecularis.

lebrandi ſpacium contraxerint, ipſa tamé centenarii celebratio ob antiquæ traditionis primordia inprimis inſignis non immeritò exiſtimatur. Et reverà divino conſilio factum videtur, ut poſtremo cujusvis ſeculi anno, quod longiſſimũ etiam vitæ humanæ ſpatiũ cenſetur, in ipſa Arce & Domicilio ChriſtianæReligionis tanti beneficii memoria à cunctis fidelibus recolatur; quòd

Finis planè pius & divinus eſt.

ſcilicet ad homines omnes illuminandos Sol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter, qui humano generi ſalutem attulit, ex utero virginis egreſſus eſt, ex eo etiã, quòd Chriſtiani univerſi ad Petri ſedem, & ad fidei Petram, tanquam filii ad Patrem, & oves ad Paſtorem ſummum ſimul confluunt, tantò magis unius ovilis, & unius Paſtoris unitas appareat, & unius fidei ſplendor latiùs eluceſcat, quæ nullo ſeculorum decurſu, nullà temporum varietate immutata eſt, ſed ſemper eadem, à fidelibus populis incorruptâ, atq; inviolatâ profeſſione retinetur, membra quoque cum ſuo viſibili capite, tantò arctiùs charitatis glutino connexa, mundus agnoſcat; & denique idem ille Spiritus unitatis, quo ſola Eccleſia Catholica, ejusq; corpus admirabiliter compactum & coagmentatum eſt, tantò illuſtriùs declaretur, dum veluti ab univerſitate populi Chriſtiani, in ipſa unitatis parente Romanâ Eccleſia, ſtatis temporibus, annus unus ſanctus, jure optimo, nominatus, ſummâ religione, rituq; ſolemni celebratur.

Quis Author primus Jubilæi? Chriſtus.

Hunc autem annum verè ſanctum, annum Domini acceptum & placabilem, quo homines pœnitentiam agerent, & ad Deum Patrem miſericordiarum, in corde perfecto converterẽtur, primus mundo annunciavit ipſe vitæ & ſalutis noſtræ Auctor Jeſus Chriſtus Filius Dei, quem Pater unxit Spiritu S. & omni ſuper eum gratiæ plenitudine effuſâ, miſit illum evangelizare pauperibus & manſuetis, mederi & ſanare cõtritos corde, prædicare captivis Indulgentiam & remiſſionem, clauſis apertionem, & cæcis viſum.

Ideo quia Papa Chriſti vicarius, vices rectè debet ſuſtinere, nec intermittere Jubilæũ.

Et nos etiam, qui licèt humiles & indigni, vices tamen Chriſti Domini in terris ipſo ita diſponente gerimus & tenemus, ex hac ſublimi Apoſtolicæ vigiliæ ſpeculâ vobis univerſis Chriſti fidelibus annunciamus, indicimus & evangelizamus, hunc eundem annum Jubilæi veræ pœnitentiæ, & ſpiritualis lætitiæ. Et quia charitas Chriſti, pro qua legatione fungimur ad omnes gentes, urget nos, & zelus ſalutis animarum comedit cor noſtrum,

Adhortatio ad Jubilæum devotè conſiderandum.

hortamur & obſecramus omnes per aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, per adventum ejus, & diem tremendi Judicii, ut ſacro potiſſimùm Jubilæi tempore convertatur unusquisq; à via ſua mala, & revertatur ad Dominum in corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: quia clemens & miſericors eſt Deus noſter, & multæ miſerationis, & præſtabilis ſuper malitia. Dũ verò ex noſtri Paſtoralis officii munere chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Imperatoré Electum, Reges & Principes Catholicos, & omnes Chriſti fideles toto

les toto terrarum orbe, in remotiſſimis etiam provinciis, & regionibus cõmorantes ad Jubilæi hujus ſanctam & jucundiſſimam in Domino celebritatem ſummo cum gaudio vocamus atq; invitamus, eodem planè tempore acerbiſſimi doloris ſenſu vehemẽtiſſimè commovemur, mente atq; animo recogitantes, quàm multæ nationes & populi ſeipſos miſerabiliter abſciderint ab unitate & communione Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, qui proximo ſuperiori centenario in ipſa unica Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romana nobiſcum unanimes, & cum conſenſu in domo Domini ambulantes ſanctum illius Jubilæi annum multa cum lætitia & ſpirituali exultatione celebrarunt; pro quorũ æterna animarũ ſalute vitam noſtram ac ſanguinem, ſi opus eſſet, libentiſſimè effunderemus. At vos interea filii obedientes & Catholici, à Deo & à nobis benedicti, venite, adſcendite ad locũ, quem elegit Dominus, ad ſpiritualem Sion, & Hieruſalem ſanctam, nõ literâ, ſed ſpiritu, unde ab exordio naſcentis Eccleſiæ, lex Domini, & lux Evangelicæ veritatis, in omnes gentes & nationes derivata eſt. Hæc eſt illa felix Civitas, cujus fides Apoſtolico ore laudata annunciatur in univerſo mundo, cui ipſi Beatiſſimi Apoſtolorum principes, Petrus & Paulus, totam doctrinam cum ſanguine profuderunt, ut per ſacram Beati Petri ſedem caput orbis terræ effecta, Mater eſſet cunctorum credentium, & Magiſtra omnium Eccleſiarũ. Hìc fidei Petra, hìc fons Sacerdotalis unitatis, hìc incorruptæ veritatis doctrinæ, claves Regni cœlorum, & ſumma ligandi atq; ſolvendi poteſtas, hìc deniq; theſaurus ille Eccleſiæ, inexhauſtusq; ſacrarum Indulgentiarum, cujus cuſtos & diſpenſator eſt Romanus Pontifex, qui eas omni quidẽ tempore diſtribuit, prout ſalubriter in Domino intelligit expedire; ſed anno potiſſimùm ſancti Jubilæi pia & larga profundit manu, quando & portæ ſanctæ in antiquiſſimis & religioſiſſimis hujus almæ urbis Baſilicis & Eccleſiis aperiuntur more ſolenni, & fideles à peccatorum labe expurgati, intrant in cõſpectũ Domini in exultatione, ut non jam ex veteris legis inſtituto, quæ umbram tantùm habebat futurorum bonorũ, neq; ex Hebræorum conſuetudine, quibus omnia contingebãt in figura, aut ſervi humanæ ſervitutis jugo conſtricti, liberi evadant, aut in carceribus vincti dimittantur, aut gravi ære alieno oppreſſi liberentur, quinetiam ad paternorum bonorum poſſeſſionem redeant; terrena enim hęc ſunt fluxa & caduca; ſed fructus Anni ſancti & ſpiritualis noſtri Jubilæi illi ſunt uberrimi, quòd animæ Chriſti ſanguine redemptæ è jugo ferreo diabolicæ tyrannidis, atq; ex tetro carcere & vinculis peccatorũ, divinâ ſarcamentorũ efficaciâ abſolvuntur, & dimiſſis delictis ac pœnis in adoptionẽ filiorũ Dei, atq; cœleſtis regni hæreditatem, paradiſi poſſeſſionem admittuntur, & alia quàm plurima Dei beneficia accipiunt.

Commiſeratio & invectio in membra abſciſſa ab Eccleſia.

**Pfuy dich Teufel wie thut dir dz Liegen ſo woll.**

Invitatio, ut principes &c. veniãt ad locum ſanctum ſuum, puta Romam:

**Sollẽ aber die Seckel nicht daheimbt ligen laſſen.**

Roma qualis Civitas.

Papa Indulgẽtias omni quidẽ tempore, maximè tamen anno Jubilæo larga profundit manu. Portæ Sanctæ, Uſus.

Longè alia ratio earũ Indulgentiarum illis V. T.

*Indictio & promulgatio Jubilæi.*

Nos igitur ſummorũ Pontificũ Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, & eorũ pium ac ſaluberrimũ inſtitutum retinentes, de venerabilium fratrum noſtrorũ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliũ aſſenſu jubilæi celebrationem in annum proximum Milleſimũ Sexcenteſimũ à primis veſperis

*Finis. Uſus.*

vigiliæ nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſdem Anni milleſimi Sexcenteſimi inchoandam, & per totum annũ ipſum finiendã, auctoritate Dei

*Jubilæo verè fideles pœnitentes omnium peccatorũ indulgentiam conſequuntur, dum certis diebus Romæ commorantur.*

omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtrâ, quanto maximo poſſumus animi noſtri gaudio, ad ipſius Dei gloriã, & Catholicæ Eccleſiæ exaltationem indicimus & promulgamus. Quo ipſo Jubilæi anno durante omnibus utriusq; ſexûs Chriſti fidelibus verè pœnitẽtibus & confeſſis, qui Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilicas, & Sancti Johannis Lateranenſis, ac ſanctæ Mariæ Majoris de urbe Eccleſias, ſemel ſaltẽ in die per triginta continuos aut intermiſſos dies, ſi Romani vel incolæ urbis fuerint; ſeu per quindecim dies, ſi fuerint Peregrini, aut aliás externi, devotè viſitaverint, & pro ipſorum fideliũ, ac totius Chriſtiani populi ſalute pias ad Deum preces effuderint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorũ indulgentiam,

*Caſibus quibusdam reſpondetur, dum quidam impediuntur: & tamen peccatorũ veniam cõſequuntur.*

remiſſionem ac veniam miſericorditer in Domino concedimus & impartimur. Et quoniam evenire poteſt, ut ex iis, qui hac de cauſa iter aggreſſi fuerint, vel ad urbem ſe contulerint, aliqui in via, aut etiam ipſa in urbe morbo, vel aliâ legitimâ causâ impediti, aut morte præventi, præfinitoq; dierũ numero non completo, ac ne quidem fortaſſe inchoato, præmiſſa, & dictas urbis Baſilicas, & Eccleſias obire nequeant; nos piæ promptæque illorum voluntati, quantum in Domino poſſumus, benignè favere cupientes, eoſdem verè pœnitentes & confeſſos prædictæ Indulgentiæ, & remiſſionis participes perinde fieri volumus, ac ſi dictas urbis Baſilicas & Eccleſias diebus à nobis præſcriptis reipſâ viſitaſſent.

*Adhortatio ad Clerum: & admonitio ad officium probè peragendum.*

Vos autem venerabiles Fratres noſtri, Patriarchæ, Primates, Archi Epiſcopi & Epiſcopi in partem ſollicitudinis noſtræ vocati, Duces & Paſtores populorum, lux mundi, & ſal terræ, capite tubas argenteas, quarum uſus eſt in Jubilæo, id eſt, adhibete prædicationem verbi Dei, & annunciate populis hoc gaudium, ut ſanctificentur, & juvante gratiâ paratiſint ad ea cœleſtia dona capienda, quæ bonorum omnium largitor Deus, filiis dilectionis ſuæ per miniſterium humilitatis noſtræ præparavit; adducite fratres verbo, & exemplo parvulos, ad hujus chariſſimæ matris ubera, quæ eos per Evangelium in Chriſto genuit, adducite filios ad Patrem, oves ad paſtorem ſummum, membra ad caput, fideles ad fidei petram, in quam omnis ædificatio Catholicæ Eccleſiæ conſtructa conſurgit, adducite populum ad ſanctam Romanam Eccleſiam, & ad glorioſos

princi-

Principes terræ Petrum & Paulum, qui univerſum mundum legem Domini docuerunt, & quorum fides, dignitas & authoritas, indigno etiam in (NB. NB.) hærede non deficit. Ad ſacras igitur Indulgentias, earumq; ſalutares fructus ipſo Jubilæi anno Romæ percipiendos, vocate cœtum, congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, docete oves fidei veſtræ creditas, quia advenæ & peregrini ſumus in hac vita, & civitatem hîc permanentem non habemus, ſed futuram inquirimus. Ideò, quia breves dies ſunt hujus noſtræ ærumnoſæ peregrinationis, & neſcimus, quâ horâ paterfamiliâs & ſponſus Chriſtus venturus ſit; idcircò vigilent & lampades ardentes, & plenas oleo charitatis & miſericordiæ geſtent in manibus, & feſtinent ingredi in illam requiem. Nam ſi unquam aliâs, nunc potiſſimùm iræ, rixæ, & contentiones, & inveterata odia dimittenda propter Chriſtum, nunc maximè ſervos decet miſereri conſervorum ſuorum, ut Dominus CLEMENTISSIMUS (NB. forſitan Clemens VIII. ſeipſum intelligit) omne debitum dimittat eis. Nunc præcipuè omnes carnis impuritates abluendæ, ut templum DEI mundum ſit, unusquisque vas ſuum poſſideat in honore, in ſanctificatione portet DEUM in corpore ſuo. Poſtremò furta, rapinæ, homicidia & adulteria, & omnia peccata exterminanda, ut placetur ira DEI, & eos, qui Chriſtiano nomine gloriantur, agnoſcat verè Chriſtianos, & imitatores Chriſti, & ſectatores bonorum operum. Docete autem eos, quemadmodùm ad ſalutares indulgentias conſequendas, in animo contrito, & in Spiritu humilitatis, aſſiduis orationibus & jejuniis, cæterisq; pietatis operibus ſeipſos præparare & exercere debeant, & qui ſubſtantiam hujus mundi habent (NB.) APERIANT VISCERA (ecce, etiam viſcera) SUA, & fratrum ſuorum & pauperum inopiam ſublevent, præcipuè verò erga peregrinos Romam venientes miſericordes ſint, & ſanctam hoſpitalitatem Deo gratiſſimam, & quam vetuſtiſſimi illi Chriſtiani, etiam inter perſecutionum fluctus, diligentiſſimè coluerunt, ipſi quoque multa cum hilaritate Spiritûs renovent atque obſervent. Admonete etiam eos, ut orent pro Regibus & principibus Chriſtianis, ut tranquillam & quietam vitam agamus, & pax concordiæ conſervetur. Poſtremò docete illos, cùm ſanctam peregrinationem ſuſceperint, quâ modeſtiâ, quâ devotione, quâ fraternæ pacis obſervantiâ lucere eos oporteat, ut ſint Chriſti bonus odor in omni loco. Præbete autem vos ipſos Fratres venerabiles, & omnem Clerum exemplum inprimis bonorum operum, & formam gregis, ut veſtræ virtutis & religionis veluti ſale cæteri condiantur, & omnem peccati putredinem abhorreant, & denique omnes unanimes in uno Spiritu Chriſtianæ charitatis, atq; in omni ſancti-

Cur ita ſtrenuè ſuo perfungi debeat Clerus officio?

Quid omnibus faciendum conveniat? & maximè hoc tempore.

Deponendus eſt Vetus homo cum omnibus concupiſcentiis ſuis &c. peccatis.

Quomodo homines ad Jubilæum ſe præparare debeant, ut peccatorũ indulgẽtiam conſequantur?

Der punct gilt: Kauft in der zeit/ ſo habt jr in der Noth.

Quomodo Clerus vitam ſuam formare debeat?

Adhortatio ad Imperatorem, Reges, Principes &c. Catholicos

ſanctitate & juſtitia Deo ſerviamus. Hortamur quoque & rogamus in Domino Chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Imperatorem Electum, ac Reges & Principes, omnes Catholicos, ut quò plura & magis illuſtria beneficia ab eo, per quem Reges regnant, acceperunt, tantò ardentiùs, ut par eſt, ad Dei gloriam procurandam pio Zelo excitentur, præcipuè verò Fratrum

Loculi aperiendi ſunt. Iterum nũmus invocatur.

noſtrorum Epiſcoporum, & ſuperiorum Antiſtitum paſtoralem ſedulitatem & vigilantiam adjuvent, & à ſuis Magiſtratibus & Miniſtris adjuvari mandent, ut improborum licentia coërceatur, & bonorum eorum ſtudia Regiâ ope & gratiâ foveantur, maximè autem erga peregrinos beneficentiam &

Wann ſie dem Gözen zu Rom gnug geopffert haben / ſo beredt die Herrn dieſer Abgott / dz von deß Opffers wegen jezt Gott rechte verſöhnet ſey worden.

liberalitatem exerceant, curentq; ut tutis incedant itineribus, & nullâ hominum perditorum vexatione perturbentur, ſed hoſpitalibus domibus & publicis hoſpitiis amanter excepti, & commeatu & rebus ad vitam neceſſariis recreati, ſine ullâ concuſſione & injuriâ, inſtitutum iter læti peragant, & cum gaudio in patriam revertantur. His enim hoſtiis, Reges potiſſimum & principes Deum ſibi placabilem reddent, ut diu in terris felices vivant, & demum in æterna tabernacula recipiantur ab illis ipſis pauperibus, erga quos miſericordiam exercuerunt, in quibus Chriſtus paſcitur & nutritur. Ut verò præſentes literæ ad omnium fideliũ, in quibuscunq; locis exiſtent, notitiam faciliùs perveniant, volumus earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis ac perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ Sigillo munitis, eandem prorſus fidem haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi exhibitæ forent & oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ indictionis, promulgationis, conceſſionis, impartitionis, hortationis, rogationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatio-

Authoritas literarum.

nem omnipotentis Dei ac B. B. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum: Dat: Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ: Milleſimo, Quingenteſimo Nonageſimo Nono. XIV. Cal. Junii Pontifi-

Pœna Contemptorũ.

catus noſtri anno octavo. B. Dat. Ex quibus patet, quæ ſit Pontificiorum de Indulgentiis mens & ſententia. Jam videndum quoq;, an papales hæ indulgentiæ ullum in ſacris habeant fundamentum.

Præterquam autem quòd omni verbo mandati & promiſſionis purè & ſimpliciter deſtituuntur, nullumq; indulgentiarum papalium in univerſa ſacra ſcriptura exemplum (niſi forſitan Simonis Magi Actor. 8.) legitur: pugnant (ut nonnulla hic è diſp. 9. Exercit. reaſſumam) I. cum Officio & Merito Christi, qui obedientiâ ſuâ activâ & paſſivâ, legi divinæ præſtitâ, Culpam & Poenam Omnem expiavit, atque *plenarias & totales in-*

*les indulgentias* nobis peperit. *Soli* namq; *Chriſto*, & non *noſtris operibus, meri-*
*tis, ſatisfactionibus aut Eccleſiæ Pontificiæ inani loculo* adſcribitur plenaria,
& totalis noſtra REDEMPTIO: Sicuti id ſatis abundè ex ſcripturæ manife-
ſtis locis conſtat: ut Rom. 3.24.25. *Iuſtificamur gratis gratiâ ipſius per* RE-
DEMPTIONEM, *quæ in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fi-*
*dem in ipſius ſanguine, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ per remiſſionem præteritorum*
*peccatorum.* 1. Cor. 1. 30. *Chriſtus factus nobis à Deo redemptio.* 1. Cor. 6. 20.
EMPTI *eſtis precio.* 1. Pet. 1. v. 18. 19. *non corruptibilibus auro & argento, ſed* PRE-
CIOSO SANGUINE *quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti* REDEM-
PTI *eſtis de vana veſtra converſatione.* Gal. 3. 13. *Chriſtus nos redemit ab execra-*
*tione legis, dum pro nobis factus eſt execratio.* Eph. 1. 17. & Col. 1. 14. *In Chriſto*
*habemus* REDEMPTIONEM *per ſanguinem eius.* 1. Tim. 2. 6. *Chriſtus dedit ſe-*
*metipſum* REDEMPTIONEM *pro omnibus.* Tit. 2. 14. *dedit ſemetipſum pro no-*
*bis, ut* REDIMERET *nos ab omni iniquitate.* Heb. 9. 12. *Neq; per ſanguinem hir-*
*corum & vitulorum, per proprium autem ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æ-*
*ternam* REDEMPTIONEM *inveniens.* v. 15. *& propter hoc T. N. mediator eſt,*
*ut morte intercedente in* REDEMPTIONEM *earum, quæ erant ſub priori teſta-*
*mento, transgreſſionum, repromiſſionem accipiant vocati æternæ hæreditatis.* 2.
Pet. 2. 1. *emit eos.* Apoc. 5. 9. *occiſus es, &* REDEMISTI DEO *nos in ſanguine*
*tuo.* Quibus in dictis quatuor notamus, 1. quòd à *Chriſto*, & non *noſtris ope-*
*ribus, meritis, paſſionibus, ſatisfactionibus, aut evacuato Pontificiorum theſauro*
*dicimur empti*: ubi Apoſtoli non modò verbum λυτρῶν, ſed etiam ἀγοράζειν
adhibent. Jam *emptio* præſupponit *verum & ſufficieus precium*, cujus *interven-*
*tu* aliquid emitur. 2. quòd dicimur ita redempti, ut *Chriſtus*, & non noſtra
opera, merita, paſſiones, ſatisfactiones aut Eccleſiæ theſaurus nobis factus
ſit *placamentum*, quo ira & indignatio DEI patris præcedens fuit placata. 3.
quòd dicimur per *proprium ſanguinem*, & nō opera aut paſſiones vel noſtras,
vel ſanctorum redempti: quâ phraſi ipſum redemptionis unicum & ſuffici-
ens λύτρον notatur. ideo 4. dicimur *precio* empti, quod de noſtris meritis,
paſſionibus ac enervato Eccleſiæ Romanæ theſauro dici nequit. Ex quibus
ſic argumentamur: *Quicunq; intercedente morte Chriſti & per vel propter ſan-*
*guinem ipſius effuſum ab* OMNIBUS *peccatis & eorū pœnis redimuntur, illi non per*
*opera, merita, paſſiones, ſatisfactiones vel proprias, vel ſanctorum, aut Eccleſiæ the-*
*ſaurum redimuntur. Atqui Chriſtiani fideles intercedente morte Chriſti, & per vel*
*propter ipſius ſanguinem effuſum redimuntur ab* OMNI *malo culpæ & pœnæ.* Ergò
*non per opera, merita, paſſiones vel proprias, vel ſanctorum aut Eccleſiæ theſaurū.*
Hanc à malo Culpæ & pœnæ ſufficientem noſtram redemptionem ſolâ

morte Chriſti partam, confirmant quoque teſtimonia à SANGUINIS *effuſione, & Chriſti* IMMOLATIONE *deſumpta* : ut Epheſ. 5. 2. *Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo*, προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ, *in odorem ſuavitatis*. Heb. 9. 22 *ſine* SANGUINIS *effuſione non fit remiſsio*. v. 23. *neceſſe ergò eſt ipſæ quidem exemplaria eorum, quæ in cœlis, his mundari, ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis præ iſtis*. v. 25. *Chriſtus non ſæpe offert ſemetipſum, ut Pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno : alioquin* v. 26. *oportebat eum frequenter pati à conſtitutione mundi; nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati, per* HOSTIAM SUAM *apparuit*. v. 28. *Chriſtus ſemel* OBLATUS *ad multorum tollendum peccata*. Ex quibus notamus 1. quòd Chriſto Mediatori *ſanguis* noſtri cauſá *neceſſariò* profudendus fuerit. 2. quòd hæc *neceſsitas à remiſsione peccatorum*, & *promeritarum pœnarum dependeat*, ſiquidem *malum culpæ* & *pœnæ* condonari nequeat, niſi *ſanguis Chriſti effundatur*, quod Chriſtus ipſe in ultima cœna clarè profeſſus eſt, Matth. 26. 28. *Hic eſt ſanguis meus, qui effunditur in remiſsionem peccatorum*; & Eſa. 53. 4. *verè dolores noſtros ipſe portavit &c.* 3. quòd Chriſti mors & effuſio ſanguinis vocetur προσφορὰ *oblatio*, & θυσία *victima*. 4. quòd hæc oblatio jam facta ſit in diebus carnis *ſemel*. 5. quòd cruenta hoſtia ſit *oblata Deo*. 6. ad *deſtructionem peccati* Eb. 9. 26. *ad exhauriendũ peccata* v. 28. *pro peccatis* cap. 10. 12. *propter noſtram ſanctificationem* v. 13. Hinc *ſanguis Ieſu Chriſti* in cruce oblatus dicitur *nos emundare ab* OMNI *peccato* 1. Joh. 1. 7. *& purgare conſcientiam noſtram* Eb. 9. 14. *etiam à reatu & peccatorum pœnis*: Eſa. 53. 5. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore eius ſanati ſumus*. 7. quòd hæc omnia à Chriſto ſint præſtita, ut ex *irato placatus Deus* efficiatur. Jam verò quia nihil ex enumeratis de *noſtris & ſanctorum meritis, operibus, paſsionibus* ac *fictitio Pontificiorum theſauro* dici poteſt, meritò contra illum ſic argumentamur: *Quicunq; offenſus & iratus ob peccata, offendentes per ac propter effuſum victimæ ſanguinem juſtificat, &* OMNIA *peccata eorumq; pœnas condonat, is* NOVAS *ſatisfactiones non exigit, ſed verè placatur, pretiiq; ſatisfacientis interventu culpam & pœnam remittit. Atqui Deus offenſus & iratus ob peccata, nos, qui ipſum offenderamus, per & propter effuſum Chriſti, immaculatæ victimæ, ſanguinem juſtificat, &* OMNIA *peccata eorumq; pœnas condonat. Ergò Deus* NOVAS *ſatisfactiones non exigit, ſed verè placatus eſt, pretiiq; ſatisfacientis interventu culpam* OMNEM *cum pœna remittit*. Et ut redemptio hæc noſtra *omnibus numeris abſoluta*, ac *omnibus gradibus totalis* & *perfecta* ſit, Chriſtus *culpam cum pœna* tam *temporali* quàm *æterna* in ſe recepit, ſicuti Eſa: 53. 4 legimus: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit, & nos reputavimus cũ flagellatum, per*

*tum, percuſſum à* DEO *& humiliatum.* Quid verò Chriſtus in ſe ſuſceperit, & tanquam onus geſtaverit, claris exprimit verbis Propheta: *Languores noſtros, & dolores noſtros*, hoc eſt, *pœnas peccatorum ipſe tulit & portavit, quæ ſunt ſenſus iræ divinæ, mœrores & angores animæ, morsq́; ipſa*: quæ omnia ob *culpam*, non quidem *propriam*, ſed *alienam* vel *noſtram*, à juſto judice Deo, tanquam *onus* ipſi fuerunt impoſita. Hunc ſenſum LXX. animadverterunt, ideoq́; hoc modo verterunt: *Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet.* Quò etiam Chaldæus in translatione reſpexit: *ipſe deprecabitur pro peccatis noſtris, & delicta noſtra propter eum dimittentur.* Ne verò ullum dubium ſupereſſit, v. 6. ſignanter addit: *Dominus poſuit in eum iniquitatem omnium noſtrûm*: Der HErr warff all vnſer Sünd auff jhn. Quæ iniquitatum conjectio, non fuit *nuda imputatio ſcelerum noſtrorum*, ſed ſimul *impoſitio pœnarum cum indignatione* DEI, *quæ imputationem ſequitur*, id quod & ex loco Pauli liquet Gal. 3. 13. *Chriſtus nos redemit ab execratione legis, factus pro nobis execratio*; quæ *legis execratio* nil aliud eſt, quàm *damnatoria ſententia de ſubeundis pœnis peccato debitis*: & hæc execratio factus eſt Chriſtus non *fortuito caſu*, ſed *à Deo patre*, qui noſtri loco ipſum voluit *atteri & caſtigari, ne nos illam legis maledictionem experiri, vel pœnas ipſas ſuſtinere cogeremur.* Ex quibus pro perfecta, totali & unica Chriſti ſatisfactione ſeu expiatione pro malo culpæ & pœnæ contra propria & ſanctorum merita, paſſiones ac pontificium theſaurum ita argumentamur: Quod *Chriſtus perfectè præſtitit & perſolvit, eius partem nullam hi, quibus perſolutio iſta imputatur, præſtare tenentur. At Chriſtus univerſum debitum noſtrum, quod in obæratione coram* DEO *culpâ ſimul & pœnâ includit, perfectè præſtitit & perſolvit. Ergò eius partẽ nullam hi, quibus perſolutio iſta imputatur, præſtare tenentur.* Unde Aug. ſerm. 37. de verbis Domini: *Chriſtus ſuſcipiendo pœnam & non culpam, & culpâ delevit & pœnâ.* Quod cum vellet Magiſter ſententiarũ proferre, dixit: *ſimplam ille accepit vetuſtatẽ*, id eſt *pœnæ, ut noſtram duplam conſumeret, culpæ*, lib. 3. ſent. diſt. 15. c. illud &c. *Amolitionem* autem *culpæ & pœnæ* conſequitur PROPITIATIO & RECONCILIATIO, quam SOLUS *Chriſtus*, & non *propria* vel *ſanctorum merita, paſſiones & Eccleſiæ theſaurus* præſtitit. *Chriſtum propoſuit Deus* Rom. 3. 25. PROPITIATIONEM *vel placamentum* zum Gnaden Stul/ *per fidem in ſanguine eius. Chriſtus* 1. Johan. 2. 2. Eſt PROPITIATIO *pro peccatis noſtris, non autem pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi.* & cap. 4. 10. *Deus miſit Filium ſuum* PROPITIATIONEM *pro peccatis noſtris.* Cum verò *propitiare* nil aliud ſit, quàm *propitium reddere eum, qui antea fuit offenſus*, ut *culpam* cum *pœna* dimittat, proinde unico hoc *propitiationis* vocabulo tria inſinuantur: 1. *Indignatio* DEI *Patris, tanquam perſonæ læſæ*

ob peccata noſtra. 2. Eius placatio & reconciliatio, facta non per ſanctorum opera & paſſiones, ſed per Mediatorem, effuſione precioſi ſanguinis. 3. & culpæ poſt placationem unà cum pœna condonatio. Per Chriſtum quoque ſolum, & non ſanctorum opera, paſſiones aut Eccleſiæ theſaurum Deo RECONCILIATI ſumus; nam cùm Rom. 5.10. Dei inimici eſſemus, RECONCILIATI ſumus Deo per mortem filii eius, & v. 11. per Chriſtum καταλλαγὴν RECONCILIATIONEM accepimus. Chriſtus Eph.2.16. RECONCILIAVIT ambos, id eſt, Iudæos & Gentes, in uno corpore DEO per crucem, interficiens inimicitiam in ſemetipſo. Col. 1.20. Complacuit Patri per Chriſtum RECONCILIARE OMNIA in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, per eum, ſive quæ in terra, ſive quæ in cœlis. v. 21.22. RECONCILIAVIT nos in corpore carnis eius per mortem. RECONCILIARE autem eſt amiſſam ob malum culpæ & pœnæ gratiam reſtituere. Et hæc ipſa etiam cauſa eſt, cur ſcriptura Chriſtum MEDIATOREM Eb.8.6. & quidem UNICUM conſtituat 1.Tim.2.5. unde Hebr.9.13. dicitur, ſi ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum S. ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi; quibus verbis mox v. 15. ſubjungit: Et ideo Novi T. Mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt ad æternam hæreditatem. cap. 12.24. acceſſiſtis ad T. Novi MEDIATOREM Ieſum, & ſanguinem aſperſionis præſtantiùs loquentem præ Abel. Unde tria colligimus: 1. Deum & hominem fuiſſe partes diſſidentes. 2. Mediatorem Chriſtum ideò veniſſe, ut diſſidentes illas partes reconciliaret, DEUM iratum placando, & homines rebelles convertendo. 3. Medium huius reconciliationis fuiſſe, non ſanctorum opera aut paſſiones, ſed SANGUINEM Chriſti aſperſionis, & MORTEM ipſius intercedentem. Hinc tale nectimus argumentum: Quicunq; per unius Mediatoris Chriſti propitiatorium ſanguinem & ſatisfactoriam mortem DEO irato & culpæ & pœnæ ratione reconciliati ſunt, illi nová reconciliatione per opera & paſſiones ſanctorum aut fictum Eccleſiæ Romanæ theſaurum non indigent. At Credentes per unius Mediatoris Chriſti propitiatorium ſanguinem & ſatisfactoriam Mortem Deo irato & culpæ & pœnæ ratione reconciliati ſunt. Ergò NOVA reconciliatione, operibus & paſſionibus ſanctorum, aut ficto Eccleſiæ Romanæ theſauro opus non habent. Breviter: Quod Chriſtus ſolùm perfectè præſtitit & perſolvit, eius partem nullam his, quibus iſta perſolutio imputatur, præſtandam & perſolvendam reliquit. At Chriſtus univerſum debitum noſtrum, (quod culpam ſimul & pœnam tam temporalem & æternam includit: alioquin enim Chriſtus non univerſum debitum exſolviſſet,

ſolviſſet,

ſolviſſet, neque *perfectam ſolutionem* præſtitiſſet) *ſolùm perfectè præſtitit & perſolvit. Ergò ejus partem nullam his, quibus perſolutio iſta imputatur, præſtandam aut perſolvendam reliquit.* Aut: *Si extra Chriſtum in univerſa rerum natura ulla creatura, etiam ſancta & angelica ullis operibus & paſſionibus, ſive ex toto, ſive ex parte potuiſſet* DEO *vel pro peccatis ſatisfacere, vel promeritas pœnas avertere,* DEVS, *quem nihil latet, eatenus & eousq;, quousq; vel promerendo, vel ſatisfaciendo poſſet pertingere illa creatura, vel ex toto, vel ex parte, proprio ſuo & unigenito Filio* (in quo Matth. 17. 5. *animæ Patris complacuit*) *parcere debuiſſet. At non pepercit ullo modo,* ſiquidem Rom. 8. 32. *proprio Filio* NON PEPERCIT, *ſed pro nobis* OMNIBUS *tradidit illum. Ergò certum eſt, nullam, etiam angelicam creaturam, ne tantillum quidem poſſe miſero peccatori, vel de juſtitia coram* DEO *valente, vel de averſione pœnæ promereri: ſed Chriſtum unum pro malo culpæ & pœnæ mori oportebat pro omnibus* 2. Corinth. 5. 15. *illum ſolum* Eſa. 63. 3. *oportebat iræ divinæ calcare torcular;* Actor. 4. 12. *in* NULLO *alio eſt ſalus, nec in* ULLO *alio homines poſſunt ſalvi fieri, niſi in nomine Chriſti. Quicquid ergò Chriſtus non eſt, juſtitiæ* DEI *ſatisfacere non poteſt: & quicquid juſtitiam promeretur, aut pœnas avertit, Chriſtus eſt & erit in æternum,* adeò, ut nec Satisfactio per opera fidelium ſeu ſanctorum, vim ſatisfaciendi & merendi à Chriſti ſatisfactione & merito hauriat illam 1. *ſcriptura* uſum hunc meriti Chriſti *ignorat*; 2. *fidem* in Chriſti meritum & *opera & Sanctiſſimi* ABRAHAMI perpetuò in juſtificationis articulo *opponit*; 3. hæc ſatisfactio Chriſti ſatisfactionem *imperfectionis* arguit; & 4. hominem in propria cauſa, per opera ſatisfactoria, *mediatorem ſuis ipſius* conſtituit. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quam maximè ſententia Pontificiorum pugnet cum *officio Chriſti Sacerdotali*, dum *obedientiâ ſuâ activâ & paſſivâ legi divinæ præſtitâ culpam & pœnam expiavit, atq; plenarias & totales indulgentias nobis peperit.* Ad quæſtiones: *An remiſſâ culpâ maneat debitum luendæ pœnæ propriè dictæ?* uti contendit Bellarm. lib. 4. de pœnitentia cap. 1. & 2. &: *an pro reatu pœnæ temporalis Deo ſatisfieri poſſit?* Uti Bellarm. lib. 4. de pœnit. cap. 3. & 6. inſanit, diſp. 9. Exercitat. pag. 82. & ſeqq. reſpondimus, quò Lectorem & brevitatis ſtudio remittimus.

II. Cum JUSTITIA DEI quæ 1. *infinitum* requirit *precium*, quod omnium hominum merita, nedum ſcabioſi alicujus Jeſuitæ Monachi aut Nonnæ ſuffragiæ (meretricia & impuriſſima) per indulgentias applicata in æternum præſtare nequeunt. Aut ergò illa hominum merita & paſſiones ſunt *infiniti precii*; aut juſtitiæ divinæ per eas *ſatis fieri* non poteſt; illud *blaſphemiam* importat, hoc Monachorum ſententiam *deſtruit*. Infinitæ autem

 huic

huic Juſtitiæ DEI *merito & obedientiâ Chriſti ſemel & plenariè ſatisfactum eſt*, qui Pſal. 69. 5 *ſolvit quod non rapuit*. Jam ſi Deus *aliam de novo ſuperadditam juſtitiam* requireret, non tantùm contra *jus & fas* pœnam debiti remiſſi exigeret, ſed pro *uno etiam debito*, quod Chriſtus morte ſua, perfecto omnibusq; modis abſoluto λύτρῳ jam pridem perſolvit, *geminam peteret ſolutionem*, quam certè Deus *geminam* non exigit.

III Cum MISERICORDIA DEI *gratuita*, cujus ea eſt conditio, ut condonet homini in ipſo juſtificationis actu, propter unicum meritũ filii, citra ullam aliam ſatisfactionem vel propriam vel ſanctorum, *universum debitum culpæ & pœnæ, temporariæ & æternæ*, quin *exuberat ſuper omnem culpam* Rom. 5. 20. & *omnem etiam pœnam*: ſiquidem *delictorum* Jerem. 31. 34. & Ezech. 18. 22. *non vult amplius recordari*: ſed illa *poſt tergum ſuum* Eſa. 38. 17. *in profundum maris* Mich. 7. 19. *projicere inſtar nubis delere* Eſa. 44. 22. *tegere, non imputare* Pſal. 32. 1. Hinc Aug. ſup. Pſal. 32. 1. *Si texit peccata DEUS, noluit advertere; ſi noluit advertere, noluit punire, noluit agnoſcere, maluit ignoſcere.* Et Hieronymus ſuper eundem locum: *Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, nec punietur.*

IV. Cum GRATUITA REMISSIONE PECCATORUM: ſi enim *pœnæ peccatorum temporales & æternæ* per *opera ſatisfactoria vel propria vel ſanctorum expiantur*, utique *non gratis per fidem in Chriſtum* remittuntur, eò quòd *ſatisfactio* vel propria vel ſanctorũ, *gratuitam remiſſionem peccatorũ* excludat.

V. Cum *natura* FIDEI *juſtificantis*, cujus hæc eſt conditio, ut *hominem* DEO ex TOTO *reconciliet*. unde ita poſſumus argumentari: *Qui pacem habent cum Deo, illos non manet à Deo pœna propriè dicta.* Siquidem ἀσύστατον eſt, *pacem* habere cum Deo, & *debito luendæ pœnæ* obſtrictum teneri. At *juſtificati per fidem, pacem habent cum Deo* Rom. 5. 1. Ergò *juſtificatos non manet pœna propriè dicta.*

VI. Cum ARTICULIS FIDEI. Commento enim hoc Pontificio de *ſatisfactione operum*, doctrina Evangelij de gratuita remiſſione peccatorum obſcuratur: certitudo fidei de *juſtificatione & ſalute noſtra per fidem in Chriſtum turbatur*: *abſolutio in perſolutionem convertitur*: *clavis ſolvens in ligantem transmutatur*: *bona opera gratiæ Dei & juſtificatis præmittuntur*: articuli plurimi, utpote de *miſericordia Dei*: *officio ac ſatisfactione Chriſti*: *Lege & Evangelio*: *de pœnitentia ac juſtificatione gratuita hominis peccatoris coram Deo evertuntur*: *oppoſita miſcentur*: *Lex & Evangelium exitioſe confunduntur*: *ac diverſi modi juſtificandi & ſalutem conſequendi introducuntur*: Idem homo coram tribunali Dei & *aliena* Chriſti, & non *aliena* ſed *propriâ operum juſtitiâ* juſtus eſſet: atque

que conſequenter, miſer peccator *gratiâ & non gratiâ, ſed operibus: Chriſto & non Chriſto,* ſed *operibus: fide & non fide, ſed operibus:* Evangelio *& non Evangelio,* ſed *lege juſtificaretur.*

VII. Cum ὀρθοδοξίᾳ indulgentiæ pugnant, & fictas hypotheſes pro veris aſſumunt, ut: *de pœna manente poſt remiſſionem culpæ, quâ ſatisfaciendū: de ſanctorum meritis: de adimpletione legis moralis: de operibus ſupererogationis: de peccatis ſua naturâ venialibus: de purgatorio: de animarum remigratione: de tripartita Iurisdictione, & poteſtate Pontificis Romani &c.* quæ omnia otioſorū Monachorum inania figmenta ſunt, omni ſolido ſcripturæ ſacræ fundamēto deſtituta, uti in diſtinctis diſputationibus id luculenter demonſtravimus.

VIII. Cum *Pontificiorum* PROPRIIS HYPOTHESIBUS. Nam 1. ſi Chriſti ſatisfactio eſt *pretii ac valoris infiniti,* cur *ſanctorum opera & paſſiones illi adjunguntur?* 2. Si doctrina de *imputatione meriti Chriſti per fidem,* eſt figmentum Lutheri, quomodo ergò *ſanctorum opera & paſſiones, Monachorum* ἐθελοθρησκείᾳ, *aliis* APPLICARI *poſſunt?* 3. Si per Indulgentias contingit *pleniſſima omnium peccatorum remiſſio* (uti Bulla adſcripta in hac diſputatione loquitur,) quomodo adhuc jubentur *de peccatorum remiſſione & gratiâ Dei* DUBITARE *illi, qui indulgentias illas jam conſecuti ſunt?* 4. Si Pontifex Romanus ad *abſentes* poteſt mittere plenas indulgentias, cur tantis ſumptibus *homines Romam peregrinari* jubentur? 5. Si Pontifex Romanus abſolutam & liberam poteſtatem habet, *animas quas velit è purgatorio liberandi,* oportet ipſum eſſe admodùm *durum & immiſericordiſſimum,* qui miſeras animas ex eo non confeſtim liberat: 2. *avarum,* qui propter pecunias, priùs in Jubilæo expendendas, diutiùs eas torqueri ſinit; 3. *inexcuſabilem,* quòd illis tantùm animabus ſuccurrit, pro quibus pecunia numeratur, cæteras verò in tormentis & cruciatibus purgatorii relinquit. 6. Si Deus *culpam* dimittit, *pœnam ſatisfactoriā* ſine injuſtitia exigere non poteſt: *pœna* enim *juſta eſſe nequit, niſi habita ratione culpæ: culpâ verò ſublatâ pœna eſſet injuſta.*

IX. Cum definitione MERITI: *Meritum eſt opus* 1. *Perfectè bonum:* 2. *non debitum:* 3. *tantummodo ex noſtro præſtitum. cui* 4. *ſuâ naturâ debetur merces:* 5. *proportione ei reſpondens.* Bona verò noſtra & ſanctorum paſſiones & opera eſſe *imperfecta partibus & gradibus:* 2. *debita:* & 3. non *de noſtro* præſtita, quibus ſuâ naturâ ob *admixtam imperfectionem,* & conſequenter, *infinitum inde contractum reatum,* nihil aliud debeatur, quàm *æterna damnatio, proportione eis reſpondens,* demonſtravimus in ἐξηγ. cap. 1. Matth. p. 106. 107. & alibi.

X. Pugnat hic quoq; Pontificiorū de Indulgentiis error cum NATURA SATIS-

RA SATISFACTIONIS. Satisfactio eſt *redditio æquivalentis, ſeu eſt opus, quo juſtitiæ Dei offenſa redditur æquale.* Propoſitio hæc eſt Scoti & conſtat tum ex ἐτυμολογία vocabuli, ſecundū quam, ut ait Biel. lib. 4. ſent. diſt. 16. adverbiū *Satis* importat *æquam correſpondentiam ejus, quod redditur, ad illud, pro quo redditur*: tum ex eo, quòd *ſatisfactionē* eſſe dicunt *compenſationē offenſæ, ſolutionē debiti, & reſtaurationem æqualitatis juſtitiæ.* At nulla noſtra actio vel paſſio eſt *redditio æquivalentis, ſeu opus, quo juſtitiæ* DEI *offenſa redditur æquale*: Homo enim peccans, ex conceſſionæ etiam adverſariorum, *infinitam juſtitiam offendit*, & *infinitam ejus indignationem incurrit*: infinitum autem precium (extra Chriſti meritum unicum) homo DEO nec *offerre*, nec *æquale* reddere poteſt.

XI. Cum *antiqua &* orthodoxâ ECCLESIA, quæ ſatisfactiones pro peccatorum pœnis temporalibus & æternis, ut & indulgentiarum nundinationes planè ignoravit. Fuerunt quidem multis ſeculis in Eccleſia primitiva *Indulgentiæ*; verùm illæ nihil aliud erant, quàm *relaxationes ſatisfactionum Canonicarum*, non eo fine inſtitutæ vel conceſſæ, ut *coram* DEO *veniam aliquam delictorū mererentur*; ſed ut *diſciplina Eccleſiaſtica conſervaretur*; quo ſenſu de *ſatisfactionibus* & *indulgentiis* Patres & Concilia, Nicenum in primis 1. cap. 11. Arelatenſ. 2. cap. 10. Ancyr. cap. 2. loquuntur. *Quando enim inter Chriſtianos quiſpiam manifeſtum & enorme ſcelus deſignaſſet, nec ulla veræ ſeriæq; pœnitentiæ indicia daret, omnes ſalutares admonitiones, correptiones & correctiones contumaciter reſpueret, tum ex Eccleſiaſtica Lege & Diſciplina anathemati ſubijciebatur, à bonorum Eccleſiæ communione & piorum ſocietate, convictu & conſuetudine excludebatur, ut Eccleſiæ offenſæ, quæ libertatem & impunitatem peccandi nemini concedit,* SATISFIERET, *reliquiq; à peccatis deterrerentur.* Cōſtituerunt autem *tres* quaſi diſtinctos *gradus* vel *ordines excommunicatorum*, idque pro admiſſorum delictorum & ſcelerum atrocitate & qualitate, ac prout emendationis ſpem Eccleſiæ facerent, *Primùm* nonnullis illorum, qui ob atrocia & enormia flagitia fuerunt excommunicati, *Eccleſiæ ſive templorum limina ingredi non licebat, ſed ad certum tempus extra illa illis erat ſubſiſtendum, usq; dum Eccleſiæ pœnitentiam ſuam evidentibus documentis declaràſſent*: id quod ex hiſtoria de Theodoſio I. Imperatore notiſſimum eſt, cui Ambroſius tum Mediolanenſis Epiſcopus dixit: *Illum indignum eſſe, priusquam pœnitentiam egiſſet, vel ſacrum ingredi ſolum, vel ad divinorum myſteriorum communionem admitti* ut refert Socrates lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 24. *Secundus* excommunicatorum ac pœnitentium in Eccleſia primitiva gradus erat eorum, qui in claſſem *procumbentium* (ut appellabant) referebantur. Tales

enim

enim cum Eccleſia recipere conſtituiſſet, in cœtum quidem admittebant, eâ tamen lege & conditione, ut *procumbentes admiſſorum delictorum peterent veniam.* Horum ordini *Ecebolus Sophiſta* deſtinatus fuiſſe videtur, qui cùm Protei & Polypi inſtar ſe ad Imperatorum ingenia & religionem conformaſſet, ſimulans, regnante Conſtantino, ſe ardenter fidem Chriſtianam amplecti: Juliano verò Imperii gubernacula tenente, gentilitatem ſe magnopere colere: eo tandem mortuo, ſub Joviniano ad Chriſtianam Eccleſiam rediit, & pœnitentiam agens, ac ſe pronum in terram abjiciens, ſic vociferatus eſt: *Me quaſi ſalem inſipidum pedibus conculcate,* Socr. lib. 3. Hiſt. cap. 11. *Tertius* ordo fuit *orantium.* Quanquam ènim ad *ſacram ſynaxin* non admittebantur, *fidelium* tamen *precibus intereſſe* non prohibebantur. His etiam accenſebantur *Abſtenti,* ut author eſt Cyprianus. Inter hos gradus *leviſſimus* fuit *Orantium & Abſtentorum à Cœna: gravior* erat ordo, qui à *precantiũ claſſe erat procumbentium: graviſſimus,* qui à *cœtu procumbentium erat omninò excommunicatorum.* In hiſce gradibus certam etiam *diſciplinæ rationem* obſervabant in *recipiendis lapſis ad Eccleſiæ communionem.* Nam per aliquod tempus jubebantur eſſe in *ſtatu pœnitentiæ,* quo videlicet *ſua deplorarent peccata, carnem mortificarent, precibus inſtarent, concionibus intenti eſſent & objurgationes admitterent.* In ejuſmodi verò *cenſuris* vel *anathematiſmis* admodum *duri & auſteri* erant antiquitùs. Ut enim explorarent, num ſeriò de admiſſis dolerent excommunicati, nec ne, & an vitam in melius eſſent emendaturi, ea propter à communione Eccleſiæ interdum *ad tres, quatuor, ſeptem & plures annos,* nonnunquam etiam ad *dies vitæ* arcebantur, quale quid Euſebius de Serapione commemorat lib. 6. Hiſt. Eccl. cap. 43. Cùm autem excommunicati tandem *luculenta & manifeſta vera ſeriaq; pœnitentiæ indicia darent, vitamq; ſuam & mores Eccleſiæ ita probarent, ut etiam à licitis rebus abſtinerent,* tunc de *tempore* vel *annis illis excommunicationis* aliquid remittebatur, *triennium, ſeptennium,* vel *plures etiam anni,* quotquot nimirum erant conſtituti, quibus de veritate pœnitentiæ Satisfaciendum erat Eccleſiæ. Hujusmodi igitur *relaxationes,* in Eccleſia primitiva, per annos mille à nato Chriſto, *Indulgentiæ* vocabantur, ut Patres & Concilia quædam, de quibus ſuprà, teſtantur: quod & Bellarm. lib. 4. de pœnit. cap. 5. ſuo approbat calculo, dum ſcribit: *In articulo mortis dabatur pœnitentibus communio, etiamſi nulla aut non plena præceſſerat ſatisfactio* (Eccleſiaſtica) *ſed tamen admonebantur, ut ſi forte ſupervixerint, integram pœnitentiam ſibi iniunctam explerent.* Ex quo intelligitur, quid fuerint veterum *indulgentiæ,* videlicet *relaxationes ſatisfactionum illarum Eccleſiaſticarum, vel propter infirmitatem naturæ, vel in articulo*

*mortis, nullo pecunia cuiusdam interventu, conceſſa. De theſauro indulgentiarum Romanarum, de operibus ſupererogationis in theſauro illo reconditis*, nil tum temporis notum erat. Noſtra verò ætate & ſuperioribus proximis aliquot ſeculis *indulgentiæ* nominetenus remanſerunt quidem in Eccleſia: quoad *rem* & *uſum* verò in *ſordidiſſimam & execrandam Nundinationem, avaritiæ, quæſtui, & luxui* Romanenſis *Cathedræ ſervientem, commutatæ ſunt*, de quibus pia & orthodoxa antiquitas *planè nihil* novit. Licet enim Gregorius circa annum Domini 600. Romanis inſtationibus *ſeptennes indulgentias* dediſſe à quibuſdam ſcribatur, ipſi tamen Pontificii non negant, *in Gregorii ſcriptis hoc nuſpiam haberi, ſicuti etiam hoc neq; ex Gregorio, neq; ullo alio probato autore ſive Theologo ſive Hiſtorico demonſtrari poteſt*. Imò poſt Patrum tempora nulla vel doctrina vel πράξεως indicia de *indulgentiis Papiſticis* apud Hiſtoriographos apparent; quemadmodum etiam nec apud Lombardum, nec in decreto Gratiani illarum ulla mentio injicitur, uti Gregorius de Valentia & Roſſenſis hoc non diſſimulant. Alexander III. (qui anno Domini 1159. Romæ ſedere cœpit) in Epiſt. ad Archi-Epiſcopum Cantuarienſem ſic ſcribit decret. Gregor. lib. 5. tit. 38. cap. 4. *Quod autem conſuluiſti, utrum remiſſiones, quæ fiunt in dedicationibus Eccleſiarum, aut conferentibus ad ædificationem pontium, aliis proſint, quàm his, qui remittentibus ſubſunt; hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quòd cùm à non ſuo judice ligari nullus valeat vel abſolvi, remiſſiones prædictas prodeſſe illis tantummodò arbitramur, quibus ut proſint, proprii judices ſpecialiter indulſerunt.* Hinc colligitur 1. ad *omnes tum Epiſcopos pertinuiſſe indulgentias dare.* 2. Indulgentias Alexandri ſeculo *vix notas*, eò, quòd Archi-Epiſcopus Cantuarienſis Romam miſit, ut *cognoſceret, quibus ſpecialiter prodeſſent*, cum Magiſtris & præſulibus Anglicanis illarum vis & valor *incognitus* fuerit. Quod ipſum Adverſarii, utpote veritate victi, in publicis ſcriptis non negant, Bellarm. l. 2. de Indulg. cap. 10. *Sufficit ad Indulgentias & Bullas defendendas Eccleſiæ authoritas, quæ non tam conſtanter indulgentias prædicaret, & in Conciliis Oecumenicis approbaret, niſi divinitus ſibi traditam eſſe huiusmodi poteſtatem non ignoraret.* Antonin. Archi-Epiſc. Florent. part. 1. tit. 10. cap. 3. *De indulgentiis nihil expreſſè habemus ex Scriptura Sacra, nec etiam ex Dictis antiquorum Doctorum, ſed modernorum. Quia autem Eccleſia facit hoc, & ſervat, non eſt credendum, quòd erret.* Alphonſus de Caſtro lib. 8. contra hæreſes pag. 255. *Inter omnes res, de quibus in hoc opere diſputamus, nulla eſt, quam minus ſacræ literæ prodiderint, & de qua minus vetuſti ſcriptores dixerint.* Durandus de ſancto Portiano lib. 4. diſt. 40 quæſt. 3. *De Indulgentiis pauca dici poſſunt per certitudinem, quia ſcriptura de illis expreſſè non loquitur.*

Sylveſter

Sylveſter Pierias Lutheri adverſarius Tom. 1. Jen. Lat. fol. 22. *Indulgentiæ non innotuêre nobis authoritate ſcripturæ, ſed authoritate Eccleſiæ Romanæ & Romanorum Pontificum, quæ maior eſt.* Roffenſis art. 18. contra Lutherum fol. 314. Colon 1523. *Neq; tam neceſſaria fuit, ſive purgatorii, ſive Indulgentiarũ fides in primitiva Eccleſia, atq; nunc eſt. Nam tunc uſq; adeo charitas ardebat, ut paratiſſimi fuerint ſinguli pro Chriſto mortem oppetere. Rara fuerunt crimina, & ea quæ contigerunt, magna ſeveritate fuerunt vindicata.*

XII. Pugnat quoque hic pontificiorum error (NUNDINATIO potius) de Indulgentiis cum PUBLICA HONESTATE. Siquidem demonſtrat Pontifex hiſce ſuam *Simoniam, rapacitatem &c. omni modo inhoneſtam & ſummè deteſtandam*: de qua Curiæ, Romanæ puta, maximè verò de pontificis *Simonia, rapacitate, avaritia, miris dolis, & novis ſubinde artificiis expilandi regna & provincias Chriſtianas, in omnibus populis querimoniæ*: Ludovicus IV. Imperator ita inter alia multa de Pontifice querulatur: *Iam egregii illi Paſtores, opibus & ſplendore à maioribus noſtris aucti, ferre parem nequeunt, Cæſarem Italiâ, Româ: Chriſtum terris extruſere: illi cœlum quidem permittunt, inferos atq; terras ſibi aſſeruere. Aviditate potentiæ, pecuniæ, ima ſummis miſcet, omnia venalia, DEUM & inferos habet &c. Et tandem deſinat tam impudenter mentiri, niſi forſitan omnes Germanos ſtultos, caudices, aſinos, ſtipites, plumbeos exiſtimet.* Idem alibi: *Homines ſceleratiſſimi cruentis manibus, immani avaritiâ nocentiſſimi, & iisdem ſuperbiſſimi, itidem luxu effœminati, atq; ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas, poſtremò vitia, virtutes, honeſta atq; in honeſta omnia quæſtui ſunt, arcem Reip. Chriſtianæ occupant, tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt. Caput factionis, Iacobus ille de Baburca, qui ſe Papam Iohannem XXII. nominat, ingentem vim pecuniæ, quam undiq; à Chriſtiana plebe fraudulenter corraſit adverſus ſanctos DEI, imperio Chriſtiano devotos expendit.* Imperator Maximilianus I. anno 1510. inter 100. gravamina, de quibus Romanum Imperium adverſus Pontificem & Curiam ejus publicè conquerebatur, hoc diſertè poſuit in gravamine 67. *Patrum Canonibus ſancitum eſt, ſpiritualibus ac manifeſtis peccatis ſpiritualem pœnitentiam ſeu ſatisfactionem imponendam eſſe, ut ſic non pecuniæ lucrum, ſed potius animarum ſalus quæri intelligatur. At Eccleſiaſtici Iudices & officiales perperam animadverſis Canonibus dictam ſpiritualem pœnitentiam in tantum exaſperant, aggravant & augent, ut Laici pleriq; eam ſatisfactionem acceptare velint pecuniam magis ſibi ab ipſis immunitate comparent: quare Laici multùm premuntur: Eccleſiaſtici contra multum ditantur: ut puta qui in ſuum privatum commodum & partis agunt munus & Iudicis, quod tamen omnibus juribus diſſonum eſt.* Idem, cum à legato Pontificis Cajetano Cardi-

nale annò 1518. ad bellum Turcicum admoneretur, & propterea contributiones ab Imperii ordinibus exigeret, & ab Eccleſiaſticis decimas, reſpondit: *Vix poſſe ſperari, ut ab ordine Sacerdotum illud impetretur: nam Curiæ Romanæ variis, ac proinde novis artificiis illorum facultates atq; jura vehementer impediri: populum verò, ſi quid impetretur, clamare, toties jam hoc nomine datam eſſe pecuniam, & demirari, quomodo profuſa ſit, quòve cenſus ille pervenerit ex ſolis annatis per Germaniam collectus?* Alphonſus Rex Arragoniæ (referente Antonio Panormitano in libello de dictis & factis Alphonſi Regis) ita dicit; *Harpyias non ampliùs inſulas colere, ſed ex inſulis in Romanam Curiam migraſſe, ibiq; jam domicilium ſuum conſtituiſſe.* Philippus Rex Galliæ Romanum vulturem & Harpyiam, ungulas ſuas in præbendas Gallicarum Eccleſiarum injicere tentantem, his excepit verbis: *Philippus, DEI Gratia, Francorum Rex, Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice, ſalutem modicam, ſive nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non ſubeſſe; Eccleſiarum & præbendarum collationem ad nos jure regio pertinere* &c. *Secus autem credentes fatuos & dementes reputamus.* Eccleſia Græca in Reſponſo Orientalium ad Pontificem ita: *Potentiam tuam ſummam erga ſubditos tuos firmiter credimus: Superbiam tuam ſummam tolerare non poſſumus: Avaritiam tuam ſatiare non valemus. Diabolus tecum, quia Dominus nobiſcum.* Johannes Sareſburienſis, Epiſcopus Carnotenſis in ſuo Polycratico ante aliquot centum annos ita: *Pontifex Magnus omnibus gravis ac penè intolerabilis eſt. Ita debacchantur ejus legati, ac ſi ad Eccleſiam flagellandam egreſſus ſit Satan à facie Domini. Nocent ſæpius, & in eo ſunt Diabolo perſimiles. Apud eos judicium nihil eſt, niſi publica merces: quæſtum omnem reputant pietatem: juſtificant pro muneribus impium; afflictas gravant conſcientias, argento & auro menſas ornant, & exultant rebus peſſimis. Siquidem peccata populi comedunt, eis veſtiuntur, & in eis multipliciter luxuriantur.* Probus Epiſcopus Tullenſis, anno 1280. circiter, recitante Aventino lib. 7. pag. 684. ſic: *Quouſq; Collegæ cariſſimi, Romulei iſti vultures patientiâ noſtrâ, ne dicam ſtultitiâ abutentur? quouſq; eorum flagitia, avaritiam, ſuperbiam, luxum tolerabimus? non ceſſabit hoc genus Archiſynagogon peſſimum, niſi omnes ad egeſtatem & ſervitutem duriſſimam redegerit. Diſcordiâ noſtrâ hocce malum crevit, diſcordiâ noſtrâ illi nebulones uſi ſunt.* Eberhardus Salisburgenſis Epiſcopus, referente Aventino ita coram Imperii conventu: *Flamines illi Babyloniæ ſoli regnare cupiunt, ferre parem non poſſunt; non deſiſtent, donec omnia pedibus ſuis proculcârint, atq; in DEI Templo ſedeant, extollanturq; ſuper omne id quod colitur. Fames opum, ſitis honorum inexplebilis eſt. Quò plura avido conceſſeris, eò plura appetit.* Bernhardus Abbas Claræyallenſis lib. 1. de Conſider. ad Eu-

ad Eugenium ſcribit: *Pauci ad os Legiſlatoris: ad manus omnes reſpiciunt. Non immeritò tamen omne Papale negotium manus illæ agunt. Quale eſt, quòd de ſpoliis Eccleſiarum emuntur: qui dicunt tibi: Euge, Euge? Pauperum vita in plateis divitum ſeminatur: argentum micat in luto: accurritur undiq;, tollit illud non pauperior, ſed fortior, ac qui fortè citiùs præcurrit: Et tamen mos iſte, vel potiùs mors iſta non venit. Vtinam in te deſinat. Inter hæc tu Paſtor incedis multo & precioſo circundatus ornatu. Si auderem dicere, Dæmonum magis quàm ovium paſcua hæc: Scilicet ſic factitabat Petrus, ſic Paulus ludebat? Curia tua recipere magis bonos, quàm facere conſuevit.* Abbas Urſpergenſis ante annos 300. talé Cantilenam decantavit: *Gaude mater noſtra Roma, quoniam aperiuntur Catarractæ Theſaurorum in terra, ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna copia. Lætare ſuper iniquitate filiorum hominum, quoniam in recompenſationem tantorum malorum Datur tibi precium. Iocundare ſuper adjutrice tua diſcordia, quæ erupit de puteo infernalis abyſſi. Vt accumulentur tibi Multa pecuniarum præmia. Habes, quod ſemper ſitiſti, Decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam religionem, orbem viciſti. Ad te trahit homines, non ipſorum devotio, aut pura conſcientia, ſed ſcelerum multiplicium perpetratio, & litium deciſio pretio comparata.* Laurentius Valla: *Dico & exclamo (neq; enim timebo homines* DEO *fretus) neminem meâ ætate in ſummo Pontificatu fuiſſe ut fidelem diſpenſatorem, aut prudentem, qui tantum abeſt, ut dederit familiæ* DEI *cibum & eſcam panis. Papa & ipſe bella pacatis populis infert, & inter civitates principesq; diſcordias ſerit. Papa & alienas ſitit opes, & ſuas exſorbet.* In libello Nicolai Clemangis Simonia Pontificum graviter notatur: *nam Curiam Papalem confert freto Siculo,* dicit, *eam ſorbere aurum, imò totum mundum devorare inſtar Scyllæ & Charybdis, ita ut vix ſit poſſibile, homines ab ea ſibi ſervare vel obulum.* Et rurſus ait: *Romæ venalia eſſe iura: Plus dantem melius allegare, ibi nummum loqui, & leges tacere: Apud Papam non eſſe locum, niſi danti, Papam derivari à palpando* (vel potiùs palpando Palpa) *quia omnium opes velit devorare* (palpare) *Hortatur turgida marſupia, ut Romam veniant, ibi eſſe medicos, qui ea ſcirent purgare.* Petrus de vineis Friderici II. Imp. Cancellarius ait. *Papam factum eſſe Lupum rapacem, cavendum eſſe fermentum eius. Totum mundum Papæ ingluviem replere non poſſe.* Franciſcus Petrarcha ſic: *Auro triſtis janitor mollitur, auro cœlum panditur, quid multis? auro Chriſtus venditur.* Cynus Ictus ante 300. annos: *Curia Papæ ſummopere vellet, quòd totus mundus in eam influeret. Tanta eſt in ea argenti & auri ſacra fames.* Bernhardus Cluniacenſis his Dactylis corruptiſſimum Papalis Curiæ deplorat ſtatum:

*Roma dat omnibus omnia, dantibus omnia Romæ,*
*Cum precio: quia juris ibi via jus perit omne,*
*Ut rota labitur: ergò vocabitur hinc rota Roma,*
*Quæ ſolet ubere laude frageſcere ſicut aroma.*
*Roma nocens nocet, atq; viam docet ipſa nocendi,*
*Jura relinquere, lucra requirere, pallia vendi.*
Mantuanus ſic: *Petreq; domus polluta fluente*
*Marceſſit luxu. Nulla hic arcana revelo,*
*Non ignota loquor, liceat vulgata referre:*
*Sic urbes populiq; ferunt, ea fama per omnem*
*Jam vetus, Europam mores extirpat honeſtos.*
*Sanctus ager ſcurris, venerabilis ara Cynædis*
*Servit, honorandæ Divum Ganymedibus ædes.*
*Quid miremur opes, recidivaq; ſurgere tecta?*
*Thuris odorati globulos, & cinnama vendit*
*Mollis Arabs, Tyrii veſtes: Venalia nobis*
*Templa, Sacerdotes, altaria, ſacra, coronæ,*
*Ignis, thura, preces, cœlum eſt venale, Deusq;.*

Conradus Celtes hos habet verſus:

*Quicquid in extremis habuit Germania terris,*
*Et mediis quicquid continet illa plagis,*
*Exhauſtum eſt, & totum Latias migravit ad arces,*
*Expleat ut Luxus, Impia Roma, tuos.* *Idem:*
*Vendit Roma* DEUM, *vendit ſacra, vendit honores,*
*Et pœnam & culpam venialis teſſera tollit.*

Alberjacus de Roſate benè hæc ſcribit:

*Curia Romana petit ovem non ſine Lana:*
*Roma manus rodit, non dantes ſpernit & odit.*

Balæus lib. 6. de actis Rom. Pontif. pag. 320. ita de Ruberto Lyn. Colnienſi ſcribit, *quòd fortiter huic Papæ ſeſe Simoniæ oppoſuerit, ob quam cauſam ſub Pontificis Banno fuerit: verùm neglecto Banno, ad Chriſti tribunal Papam vocaſſe. Mortuo ergo Ruberto, in aula Pontificis hæc vox audita eſt:* VENI MISER IN JUDICIUM DEI. & ſequenti die Papa mortuus eſt. Idem accidit Sevaldo Eboracenſi. Theodorus Nihemius *Mari* comparavit Apoſtolicam Ca-

meram,

meram, *in quod omnes fluvii deveniunt, nec tamen exundat. Sic aurum in Cameram Papæ undiq; comportatur, nec ſatiatur: in qua multi clamantes ſunt Angeli,* Affer: Affer. Veteres utebantur hoc proverbio Germanico: Päbſtiſche Pfaffen können nichtglauben / wo ihre Händ nichts haben zuklauben. Et: Kompt dir Gnad von Rom / ſo zieh du den Seckel zu. Wilhelmus Durandus: *In omnem terram, in qua exivit ſonus Apoſtolorum, ſancta* DEI *Eccleſia, & potiſſimè S. S. Romana infamata eſt, & vulgariter cuncti clamant & refricant, quòd in ea omnes à maiori uſq; ad minorem* Avaritiæ *ſtudent.* Marſilius Patavinus ſcribit: *Quid aliud Romæ, quàm Simoniacorum undiq; concurſus?* Monialis Brigitta à Papa Canonizata quæ vixit anno Chriſti 1370. & prophetiſſa habita fuit, ita: Deus *Dominus Decem quidem præcepta dedit: Sed Papa in compendium redigens unum fecit præceptum hoc:* Da Pecuniam. Optimè verò Paſquinus (ad ſcribam Germanicè:) Romæ hat einmahl ſein Hembd an die Sonnen gehenckt / vnd als man ihn fragt; warumb er ſolches thät / ſagt er: Er wöll ſein Hembd trücknen / ehe dann der Papſt die Sonnen verkauffe. Hi quoque verſus lecti ſunt ſuper arculâ Indulgentiaria: *Si dederis Marcas, noſtrasq; impleveris arcas, culpâ ſolveris, quacunq; ligatus haberis, Hic ſi largè des, in cœlo ſit tua ſedes.* Nicolaus Kus Sacerdos lib. de triplici funiculo: anno Chriſti 1511. ſcripſit: *Indulgentias eſſe meram deceptionem & quæſtum.* Thomas de Aquino part. 3. quæſt. 25. art. 5. recenſet quorundam ſententiam, qui Indulgentias *pias fraudes* nominárunt. Commodè huc referri poſſet Taxa ſacræ pœnitentiariæ, ſed parcendum papyro judicamus, Lectoremque ad præfationem in Indulgentias D. D. Hunni remittimus, qui *omnem taxam & reliquam circa Indulgentias nundinationem* fuſiſſimè & nervoſiſſimè collegit, & abundè Pontificis Romani inexplebilé avaritiam, & ſimoniam vaſtiſſimam inſtar voraginis, gurgitis & ingluviei probavit, pudendaq; Meretricia detexit. Vide quoque Chemnitium in Exam. Concil. Trid. part. 4. pag. 80. 81. 82. 83. ubi probat, *quòd omnibus temporibus fuerint, qui impoſturis iſtis Indulgentiarum contradixerunt.* Inter cæteros benè obſerva Weſſelum Gruningenſem *exulantem ob taxatas fraudes Indulgentiarum.* Ex quibus omnibus patet, quàm turpiſſima ſit Pontificiorum de Indulgentiis doctrina? quàm fœdum inprimis & deteſtandum ſit, quòd ex precioſiſſimo theſauro meritorum Chriſti, Domini & Redemptoris noſtri, *publica inſtituitur nundinatio, & publicus quaſi mercatus*, olim quidem *ſingulis ſeculis*: poſtea *annis quinquagenis*, hodie verò ex egregiâ & ſingulari, ſi Diis placet, Romani Pontificis liberalitate, *quinis vicenis*, ubi pro æruginoſis nummis Indulgentiæ, id eſt, merita Chriſti & ſanctorum licitantibus divenduntur:

tur: verebantur nimirum lepidi illi Petri ſucceſſores, ne fruſtrà forſan & falſò Divus Apoſtolus prædixerit, quòd *ſub mundi finem multi verbum Domini cauponaturi, & in avaritia fictis verbis ſint negociaturi* 2. Pet. 2. 3. & Sap. 15. 12. æſtimaturi, *luſum eſſe vitam noſtram, & converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undecunq; etiam ex malo acquirere.* E Wolffii Cent. 16. pag. 936. conſtat, quomodo Cæſar ille Borgias, aulæ Romanæ Cardinalis, cùm plusquàm 20000. coronatos aleâ perdidiſſet, per jocum dixerit: *Quid aliud amiſimus, quàm peccata Germanorum*: argentum ex Indulgentiis & ſatisfactionibus putativis corraſum intelligens, juxta illud Oſe. 4. 8. *Peccata populi mei comedent.* Tritum quoque fuit olim Monachis, referente Thoma part. 3. quæſt. 25. art. 5. & Johanne Weſſelo, *Indulgentias nihil aliud eſſe, quàm pias fraudes ac dolum, quo plebs officioſo errore trahatur ad pietatem.* Sic nempe curæ eſt Pontifici Romano honeſtas publica, ſi Diis placet: hucuſque impietas & amentia iſtius pecuniæ interventu proceſſit: eouſq; etiam adhuc dum progreditur, ut *Synagogas Moſchais erigendas indulgeat, in quibus damnatũ cultum exerceant, ſuas in Ieſum Chriſtum æterni DEI coæternum filium, eius ſanctam Matrem horrendas blaſphemias evomant: Contrà verò in hunc Ieſum Nazarenum omnem ſpem ſuam, & fiduciam, & juſtitiæ ſummam, æternæq; ſalutis anchoram defigentibus, ſoloq; ipſius merito, citra reſpectum bonorum operum in æternum ſalvari cupientibus ferrumq; flammamq; minitetur.* Hæc ſcorti Babylonici fœdè prominentia pudenda annos ante 500. circiter virgo Germana Eliſabetha prophetico ſpiritu inſignis (cujus ſcripta Pariſiis impreſſa ſunt, cum præfatione Fabri.) detexit, erubuit, & malum hoc deploravit, inque iſtam Pontificum & Clientelæ Pontificiæ crudelitatem pluſquam Neronianam fulminavit hâc longè graviſſimâ ſententiâ ſub DEI nomine propoſitâ: *Dico vobis quòd iniquitates terræ, quas abſconditis propter aurum & argentum, adſcendant coram me, ſicut fumus de igne. Nunquid non animæ plus quam aurum & argentum, quas ſuffocatis in ignem æternum propter avaritiam veſtram? Idcirco accuſat vos religio veſtra coram me. Ecce enim fœtere feciſtis ſanctificationem meam in conſpectu populi, & verſa eſt in abominationem mihi. Occupaſtis principatum Sanctorum meorum, & neſcivi. Maculaſtis ſtratum meum, & ſilui. Quid mihi & vobis exaſperatores manſuetudinis meæ? Vnde adſcendiſtis turbare ovile meum, & aggravare cor meum ſuper filios meos, quos genui in amaritudine animæ meæ, in die laboris & anguſtiarum mearum?* Ex quibus omnibus liquet, Indulgentias Papales nil aliud eſſe quàm *retia, quibus capitur pecunia ſimplicium: meras item deceptiones, quibus in avaritia fictis verbis negociatur* 2. Pet. 2. 3. Nos verò 1. Pet. 1. 18. 19. *non corruptibilibus auro & argento de vanâ noſtrâ cõverſatione paternæ traditio-*

*traditionis ſumus redempti, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.* Ideò non ſumus adeò *ſtulti*, ut *propolæ Romano* omnia nimis vili condenti, de nobis ſollicitè & argutè licitanti *pecuniam noſtram Romam mittamus*, ſed donarii vice graviſſimam Actor. 8. 20. mercedem hanccum Petro damus: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam τὴν δωρεὰν donum DEI exiſtimâſti pecuniâ poßideri.*

Cum ergo indulgentiæ papales ſcripturæ ſacræ non tantùm *ignotæ*, ſed ceu imposturæ & fraudes *contrariæ* ſint, facilè quivis colligere poteſt, quid de THESAURO PONTIFICIO, qui Indulgentiarum Papalium fundamentum eſt, ſentiendum ſit, *num* ſcil. *extet in Eccleſia theſaurus ſatisfactionum, & bonorum operum ſanctorum, qui applicari poßit iis, qui rei ſunt pœnæ luendæ?* Ita quidem Pontificii: ut Eckius in Enchir. tit. 24: *Expende Catholice, quia miſeriæ ſanctorum adiungendæ ſunt preſſuris Chriſti ad communem Eccleſiæ utilitatem; Et eſt iſte theſaurus meritorum, de quo dicit Eccleſia, precibus & meritis Sanctorum.* Coſterus in Enchir. cap. 12. pag. 413. *Chriſtus theſaurum inexhauſtum Eccleſiæ dedit, cui ſuas paßiones infiniti meriti commiſit, in quem etiam Sanctorum ipſis non neceſſarias ſatisfactiones reponit, ut Eccleſiæ præſules, præſertim verò ſummus paſtor, & ſupremus bonorum Eccleſiaſticorum diſpenſator, quoties in rem Eccleſiæ, vel animarum utilitatem fore putabunt, eum aperiant, & pro debitis pœnitentium, hoc eſt, pro pœnis, quarum poſt abſolutionem Sacerdotalem rei tenentur, per indulgentiam diſpenſet, & Chriſti, ſanctorumq́ paßionibus ſatisfaciant.* Bellarm. lib. 1. cap. 2. *Ad theſaurum ſupereffluentium ſatisfactionum pertinent etiam paßiones B. Mariæ virginis, & omnium aliorum ſanctorum, qui plus paßi ſunt, quàm eorum peccata requirerent.* Sed vana & ficta omnia. Nam Chriſtus *ſolus* pro omnium hominum *peccatis* eorumq́; *temporalibus & æternis pænis* ſatisfecit, Eſa. 63. 3. 5. *Chriſtus ſolus torcular calcavit, nec illi fuit auxiliator; unus ille eſt* 1. Tim. 2. 3. *Mediator DEI & hominum; ille eſt* 1. Joh. 2. 2. *propitiatio pro peccatis totius Mundi.* II. Omnia opera, etiam optima ſanctiſſimorum, adhuc *imperfecta, multisq́ modis contaminata ſunt*: nõ ergo ſatisfacere, multò minus promereri poſſunt; *in multis labimur omnes* Jac. 3. 2. *Quaſi pannus menſtruatæ* UNIVERSÆ JUSTITIÆ NOSTRÆ: *& facti ſumus* OMNES NOS *ut immundi* Eſa. 64. 6. ſanctiſſimi etiam ſervi inutiles. Luc. 17. 10. ſunt, quibus indies orandum; Matth. 6. 12. Luc. 11. 4. *Dimitte nobis debita noſtra; Si iniquitates obſervaveris Domine, quis ſuſtinebit?* Pſal. 130. 3. & Pſal. 31. 6. *Dixi, confitebor adversùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* III. Etiam ſanctiſſimi *legem DEI perfectè implere*, & ob id *opera ſupererogationis* præſtare nullo modo poſſunt: nam omnes etiam

poſt regenerationem ob adhærentem *ſenſum* & *radicem* peccati ſunt *peccatores*, & *legaliter* æternæ damnationi obnoxii: propriis meritis imperfectè bonis, perfectè autem malis æternùm perituri, niſi interveniat *unica, unica, unica plenaria ſufficiens ſatisfactio Chriſti*, quæ eſt *precioſiſſimū* λύτρον *pro omnibus omnium hominum peccatis. Frater non redimit fratrem, nec dat Deo pretium redemptionis.* Vide diſput. 7. Exercit. de adimpletione legis moralis à pag. 4. ad pag. 16. Unde Autor Epiſtolæ ad Ebræos cap. 12. 24. ſummum diſcrimen facit inter paſſionem Chriſti, & paſſiones ſanctorum, ita ſcribens: *Acceſſiſtis ad Novi T. Conciliatorem Ieſum, & ad ſanguinem aſperſionis meliora loquentem, quàm loquebatur ſanguis Abel.* Nam ſolus Chriſti immaculatus ſanguis *veniam* peccatorum impetrat: commaculatus verò ſanctorum ſanguis *vindictam* exigit; unde Leo Ep. 83. ſcribit: *Acceperunt juſti, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiæ, non dona juſtitiæ, ſingulares quippe eorum mortes fuere, nec alterius quiſquam debitum ſine ſuo perſolvit, cùm unus extiterit Dominus Chriſtus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, ſepulti, ſuſcitati.* IV. Ex articulo de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo conſtat, *opera noſtra non eſſe meritoria vitæ æternæ* (vide Diſp. noſtram de bonis operibus eorumque meritis.) *ſed ex ſola gratia & miſericordia DEI patris per fidem in Chriſtum nos juſtificari*, (Vide Exerc. noſtram VI. de Gratuita Juſtificatione hominis peccatoris coram DEO) *Sicut per inobedientiam unius, peccatores conſtituti* ſunt *multi* Rom. 5. 19. *Sic per obedientiam unius, juſti conſtituentur multi.* Joh. 14. v. 6. Dicit Chriſtus: NEMO *venit ad Patrem*, NISI *per me.* Actor. 4. 12. *Non eſt in ullo alio ſalus, neq; eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat ſalvos fieri.* Eb. 10. 14. *Chriſtus unicâ oblatione perfectos effecit in perpetuum eos, qui ſanctificantur.* Rom. 3. 24. 25. *Iuſtificantur* (qui nam illi? v. 23. qui peccaverunt, & deſtituuntur gloriâ Dei, quales ſunt omnes & ſinguli homines) *gratis per illius gratiam, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ſuo, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præteritorum peccatorum.* Eph. 2. 8. *gratiâ ſalvati eſtis per fidem: (idq; non ex vobis, Dei donum) non ex operibus, ne quis glorietur.* Rom. 11. 6. *Si per gratiam, non iam ex operibus, quandoquidem gratia jam non eſt gratia: Sin ex operibus, jam non eſt gratia, quandoquidem opus jam non eſt opus; Qui enim operatur* Rom. 4. 4. *merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum.* V. Quàmvis verò fictus Romanenſium theſaurus in juſtificationis articulo *nullus* ſit, ſed ſolummodò obedientia Chriſti activa & paſſiva *ſuperabundet*, non tamē propterea Eccleſia ſuo *inſigni & precioſo deſtituitur theſauro*; cùm habeat *verbum*

DEI *purum*, & *Sacramenta*: nam ſicut hominis corpus ex elementis conſtituitur, & naturaliter per ea conſervatur: Sic per verbum & ſacramenta homines regenerantur & ſpiritualiter conſervantur: ſunt enim hæc media, per quæ fides *offertur, confertur, obſignatur & confirmatur: extra hæc efficacia organa non eſt homini peccatori indulgentia & peccatorum venia.* Hæc ſunt Eccleſiæ depoſitum, hæc ſtudioſè obſervemus: His quotidianum jubilæum celebremus: *ſecundùm hæc ſi quis non dixerit* (remiſerit) *non erit illi matutina Lux* Eſa. 8. 20. Hoc *depoſitum cuſtodiamus* 1. Tim. 6. 20. *devitantes prophanas vocum novitates.* Hoc egregium depoſitum 2. Tim. 1. 14. *ſervemus per Spiritum S. qui inhabitat in nobis.* Hic efficaciſſimus theſaurus *gratis* datur, *& comparari poteſt à pauperibus pariter ac divitibus, ab ægrotis pariter, ac à ſanis: à Laicis pariter ac à Clericis: à ſervo pariter ac Domino,* ut Lutherus docet Tom. 1. Jen. Germ. pag. 83.

Quòd verò Romanus Pontifex *ſibi ſoli poteſtatem theſauri rapit*, id *nullo jure* facit. Scribit quidem Gotſchalcus Holenſis Dom. 2. poſt Paſcha. ſerm. 2. ita: *Summorum Pontificum poteſtas non eſt limitata: ideò totaliter poſſunt abſolvere à pœna & à culpa, quotiescunq; voluerint: & poſſunt dare Indulgentias, quot voluerint, quia Papa eſt de plenitudine poteſtatis.* Et Bonavent. in 4. ſent. diſt 20. qu. 73. *Si quis contendat, Vicarium Chriſti habere judiciariam poteſtatem ſuper eos, qui ſunt in Purgatorio, non eſt ei multùm improbè reſiſtendum,* &c. ſed ſine ulla ratione hæc aſſeruntur: Solus Deus poteſt remittere peccata MAGISTERIALITER Eſa. 43. 25. Mich. 7. 18. Pſal. 32. 2. Cui enim homo peccat, ille etiam peccata poteſt remittere, ſecundùm illud Luc. 5. 21. *Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus.* Licèt verò Deus Eccleſiæ quoq; Miniſtris poteſtatem à peccatis abſolvendi conceſſerit, illa tamen tantùm MINISTERIALIS eſt: Matth. 18. 18. Joh 20. 23. *Miniſterialem* autem hanc *poteſtatem non uni præ reliquis excellentiorem & ſuperiorē dedit,* ſed *omnibus ex æquo*: Siquidem Evangelium docendi munus *omnibus fuit demandatum Chriſti diſcipulis*; CLAVES *regni cœlorum* (non fictitii theſauri Pontificii) datæ ſunt non *ſoli Petro*, & *Pontifici* PUTATIVO *ſucceſſori* (Si enim *idem loquimur, quod Petrus loquutus eſt, efficimur Petrus: & nobis dicitur, tu es Petrus: Petra enim eſt, quisquis diſcipulus eſt Chriſti*, aſſerente Origin. tract. 1. in Matth.) ſed *omnibus ſimul*: Papæ ergo *poteſtatem ſummam Pontificalem* reijcimus, illamq; de *reſervatis certis caſibus conſcientiæ* tunc approbabimus, cùm demonſtraverit ſe eſſe Deum, vel Chriſtum, vel Monarcham in Eccleſia, cui omnes Chriſtiani tanquam *filii* aut *ſervi* in omnibus ſint ſubjecti, quam certè prærogativam vel ſupereminentiam nullus Apoſtolorum unquam ſibi arrogare auſus fuit.

Quòd verò Indulgentiæ proſint non tantùm *vivis*, ſed etiam *defunctis in purgatorio*, quibus Indulgentiæ per modũ ſuffragii conferantur, falſiſſimum eſt. Nam I. Purgatorium Pontificiorum *Fabula ethnica Virgiliana eſt, quæſtûs & culinas inſtruendi gratiâ excogitata, fabuloſa igitur omnia inventa humana de quæſtuoſa liberatione ex purgatorio.* Chriſtus dicit Johan. 5.24. *Amen Amen dico vobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei qui miſit me, in Iudicium non veniet, ſed tranſivit à morte in vitam.* Atqui omnes credentes, ceu *oves* ejus, *audiunt ſermonem Chriſti, & credunt ei, qui miſit illum* Johan. 10. *Ergo credentes ſine interventu Iudicii purgantis rectà tranſeunt de morte in vitam, & nõ deferuntur in locum, in quo pœnam luant, & in quo indulgentiarum ſuffragiis juvari poſſint.* 2. Nullibi ſcriptura ſacra habet, *quoſdam à morte in vitam tranſire* MEDIATE, *mediante* nimirum *ſtatu Purgatorii*, ſed *immediatè*: dicit enim Joh. 5.24. *à morte in vitam*: unde verbo μεταβέβηκε, *tranſivit*, Chriſtus utitur, ut *immediatum* doceret *tranſitum*. 3. Chriſtus Latroni in Cruce, & media morte pœnitentiam agenti, dicit Luc. 23.43. *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo*; credidit enim in Chriſtum, quâ fide *juſtificatus fuit, & pacem habuit cum* DEO Rom. 5. 1. quâ ratione autem latro juſtificatus fuit, eâdem etiam omnes fideles abſolvuntur & juſtificantur, utpote qui *absq; timore* (ullius purgatorii pœnæ) *ſerviunt* DEO Luc. 1. 74. *nec Spiritum ſervitutis acceperunt iterum ad timorem* Rom. 8. Illi ergò ſemel mortui *Beati ſunt, quia in Domino mortui* Ap. 14.13. 4 Scriptura veniæ conſequendæ & *liberationis à peccatis, & peccatorum pœnis* tempus omne *præſentis huius* circumſcribit *vitæ termino*: 2. Cor. 6.2. *Ecce* NUNC *tempus acceptum, ecce* NUNC *dies ſalutis.* Gal. 6. 10. *operemur bonum, dum tempus habemus.* 2. Cor. 5 *nam in noviſſimo die quisq; reportabit ea, quæ facta ſunt per corpus.* Eccleſ. 11. 3. *ſi ceciderit lignum in Auſtrum, & ſi in aquilone, loco quo ceciderit lignum, ibi erit.* 5. Scriptura varias quidem patriarcharum, prophetarum, Regum, & aliorum piorum defunctorum *exequias* commemorat, nullibi tamen vel unico verbo *Purgatorii* vel *præſidiorum* aut *ſuffragiorum*, quibus animæ defunctorum in Purgatorio juvari poſſint, memorat, quod certè feciſſet, cum varia ſacrificiorum genera &c. narret 6. verbum Dei duo tantùm agnoſcit hominum genera, unum *piorum*, & alterum *impiorum* Matth. 3. 12. Marc. 16. 16. Joh. 3. 30. Quæ igitur de *tertio hominum genere & loco* afferuntur, ſacris literis non tantùm *ignota*, ſed & *contraria* ſunt. Hinc Athanaſius in Symbolo: *Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui verò mala in ignem æternum.* Auguſt. Tom. 10 ſerm. 18. de verbis Apoſtoli: *Duæ habitationes ſunt, una in igne æterno, alia in regno æterno* Tom. 5. l. 21. de C. D. cap. 25. *Non eſt locus medius, ubi non ſit in ſupplicio, qui*

*non*

*non fuerit conſtitutus in* DEI *Regno*; & Tom. 7. lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 28. *Non eſt ullus ulli medius locus, ut poßit eſſe, niſi cum Diabolo, qui non fuerit conſtitutus in* DEI *Regno*. Hiſce adductus Auctor oneris Eccleſiæ cap. 15. ſcribit: *Chriſtum Petro poteſtatem dediſſe ſolvendi ſuper terrã, non* SUB TERRA. & Ibidem: *Quid Papa cum mortuis agere poteſt, qui nunc ſuum forum egreßi ad tribunal juſti* DEI *devenerunt?* In Diſp. Ingolſtad. Anno 1600. habita, cenſore Petro Stevartio, qui illam *orthodoxam* cenſuit, theſi 52. hæc verba leguntur: *Etſi probabilis eſt ſententia aſſerentium, jam reſtrictam ſublatamq́; eſſe Epiſcoporum poteſtatem ad concedendas defunctis indulgentias: æquè tamen probabilis, ſi non* PROBABILIOR *eſt eorum, qui id negant. Credibile etiam eſt, Pontificem ſumma poteſtate utentem tot tantasq́; indulgentias largiri defunctis poſſe, ut evacuato Purgatorio, omnes animæ* (vnang:ſtoſſen) *ad cœlum evolent*. Somnia verò hæc & ſpiſſa papanorum mendacia circa hanc doctrinam tam certa ſunt, ut ne doctiores quidem Eccleſiæ Acatholicæ Romanæ inter ſe conveniant. Quidam etiam modernorum concedunt, fictitii hujus theſauri diſpenſatoris Pontificis *juriſdictionem in Purgatorium ſe non extendere, eò, quòd animæ, quæ ibi in arreſto ſunt, Iuriſdictioni ejus juſtitiariæ non ſint ſubjectæ, utpote quæ ſeſe tantùm ad viſibilia membra extendat*. Quibus ita (ex hypotheſi) conceſſis quomodo Papa ex ſuo ementito theſauro *animabus in Purgatorio* indulgentias dare poteſt? Siquidem nemo illos, qui ejus Juriſdictioni aut poteſtati ſubjecti non ſunt, vel *abſolvere* vel *condemnare* poteſt. Et licèt id non per modum *abſolutionis*, ſed per modum *ſuffragii* (hilffs weiß) fieri prætendant, *quid tamen ſit ſuffragium* neſciunt. Fingunt quidem: *Si quis alicui Indulgentias comparare velit, illum primò opus illud, quod ad conſequutionem illarum imponitur ipſi, implere debere, ſic, uti, quando & quomodo Papa illi præcipiat, ſecundùm regulam: Qui nihil* DAT *vel fecerit, non conſequitur Indulgentias*. Ad Idoneitatem in ſuſcipiente indulgentias non tantùm tria C. requirunt, *Contritionem* ſcil. *Confeßionem & Contributionem*; ſed ut in ſtatu quoq́; *gratiæ* ſit conſtitutus, alioquin, illorum ſententiâ, *fruſtra omnia tentantur*. Quando autem eſt in ſtatu gratiæ, tunc *à præſidente vel diſpenſatore theſauri ficti ſufficiens ſuffragium pro animæ temporali pœna in tanta quantitate & magnitudine, quantum ad ſublationem & liberationem pœnæ opus eſt & requiritur, adponi fingunt, hocq́; ſatisfaciens ſufficiens ſuffragium accipi à* DEO *non propter operis juſtitiam ex debito, ſed ex mera gratia & miſericordia, & quidem tantùm pro unica anima, pro qua Indulgentiæ ex theſauro ſunt depromptæ & comparatæ*, ſuaviter mentiuntur; unde de tali homine certò affirmare non audent, *quòd ſit in ſtatu gratiæ*, ſed perpetuâ dubitatione illum implicant, ſicut & illud, *an Indulgentiæ defuncto,*

*auro & argento emptæ & per hunc ſuffragii modum collatæ, ſint profuturæ*, indubitatò affirmare erubeſcunt. Pari modo oſtendere nequeunt, *unde Papa juſtam iſtam quantitatem ita exactè cognitam habeat, ut* MODO & QUANTITATE *neq;* EXCEDAT *neq;* DEFICIAT, cùm non fuerit cum illis animabus, Confeſſionem non audierit, nec cruciatus illorum cognoverit. Similiter neminem docere poſſunt, *quomodo & per quem ſufficiens hoc ſuffragium animæ conferatur & applicetur*, cùm *vivis* ad illos aditus præcluſus: nec ullo ſacræ ſcripturæ dicto aut ſolidâ aliquâ ratione hactenus probatum fuerit, *DEUM Angelos cum Indulgentiis ad ipſos in Purgatorium mittere.* Nulla quoque *promiſſio* extat, quòd Deus *fictum hoc ſuffragium certò ſit acceptaturus.* Ex his non profunda ſolum Papanorum *incertitudo* & *dubitatio* conſpicua eſt, ſed ſimul illorum *Simonia, Latrocinia* & *rapinæ religioſorum* pateſcunt: Unde Bonaventura quorundam refert ſententiam, qui ſcripſerunt: *Huiusmodi Indulgentias (quæ fiunt) aliquid valere, ſed nunquam tantum, quantum promittitur, ſed aliquid valere modicum, ſecundùm quod meretur fides & devotio. Prædicat tamen hoc Eccleſia, ut filios ſuos* BONA QVADAM DECEPTIONE *ad bonum alliciat.* Nos cum Petro *ſtipendium* illis conferimus *infernale*, Actor 8. 20. ut nimirum *pereant cum pecunia* in *æternam perditionem.* Si Papanis illud Chriſti Matth. 10. 8 *gratis date*, curæ cordiq; eſſet, indulgentias illas, *ſi quæ eſſent,* GRATIS quoq; conferre, nec ita impudentem ſuam *Taxam pœnitentiariam* publicè *venalem* ſuſpendere deberent, ſuper quâ *Indulgentiarum nundinatione* Anno 1524. in Bavaria variæ querelæ auditæ ſunt. Unde Johannes Weiſſenburger Landshuti impreſſit Librum, cui titulus, ONUS *Eccleſiæ*, in quo inter cætera hæc: *Indulgentiæ paſſim è Roma advolant, & in Germania oſtiatim veneunt, & venales in nundinis Simoniacè ubiq; exponuntur: Papales enim Indulgentiæ publicantur hodie indiſcretè, & adeò perversè, ut Claves Eccleſiæ quodammodò contemnantur &c. & Ibidem:* Der Ablaß ſey den Seelen der Verſtorbnen nichts nutz: Der ſtreittenden Kirchen Schlüſſel erſtrecken ſich nicht ins Fegfewer die Ablaß Krämer ſagen viel / davon ſie nichts wiſſen / ſie erſtrecken die Päpſtiſche Brieff fälſchlich in das Fegfewer / der Papſt hab mit den Todten nichts zuſchaffen / als die ſeinen Gerichtszwang entrunnen / und für Gottes Richterſtul kommen: Die Ablaß Krämer bringen ein ungereumbt ärgerlich Gericht auff die Bahn / damit ſie die Todten Opffer freſſen / da ſie ſagen: So bald der Pfenning in der Kiſten klinge / ſo empfahe die Seel eine linderung / für die derſelb eingelegt werde / der Genieß werde zwar hierdurch gemehret: Deß Papſts aber oder der Kirchen hilff ſtehe allein inn Gottes Willen: Sie bringen das Gold Argliſtiger betrüglicher

weiß

weiß von den Leuten/ vnd ziehen die Seelen Lugenhafftig auß dem Fegfeuer/ die Gottes Gericht vntergeben ſeyen. Etliche geben zwar für/ die Ablaß ſeyen *piæ fraudes*, damit das vnverſtändige Volck/ die Kirchen zubeſuchen vnd gute Werck zuthun bewegt werde. Da man doch/ zu vermehrung deß Gottsdienſts/ in keinen Weg liegen/ oder mit der Lugen zur Seeligkeit führen ſoll: Zu dem ſuchen die Außrüffer deß Ablaß nicht die Seligkeit deß Menſchen/ ſondern das Gelt: Es ſey nicht vermuthlich/ daß Gott die vnmäßliche Ablaß Außtheilung *ratificiere*: Die Ablaß Krämer laſſen den Ablaß mit groſſem Gepräng vnd *Ceremonien* außlegen/ vnterlaſſen dargegen die Predigt deß Evangelij/ welche in der Kirchen das fürnembſte *Exercitium* ſein ſolle: Sie verheiſſen fälſchlich denen/ ſo das Päpſtiſche Ablaß erlangen/ wann ſie ſterben/ ſo fahren ſie ſtracks ohne fernere Buß in dieſem Leben oder in dem Fegfewer/ in denn Himmel: Sie machen die Leut damit gar ſicher vnd fahrläſſig: Dieſe geitzige Propheten ſagen den Chriſten vmb jhres genieſſes willen/ Fried/ Fried/ da kein Fried ſey: Betriegen alſo die Chriſtglaubige/ welche den Worten vnnd Ablaßbrieffen glauben/ dadurch in ſicherheit/ vnd vergebliche Hoffnung jhrer Seligkeit mit jhren Lehrern verführt werden/ welche den Leuten den Himmel mehr zu ſchlieſſen/ als eröffnen/ das Evangelium fahren laſſen/ Gold ſuchen/ den Raub von dem vntergebenen Volck nemmen/ vnnd außtheilen: Chriſtus hab auff die Ablaß Krämer gedeutet/ da er geſagt: Wehe euch jhr Schrifftgelehrten vnd Phariſeer/ die jhr der Withwen Häuſer freſſet/ mit dem Ablaß Waſſer vnd Land vmbziehet/ daß jhr einen Glaubensgenoſſen machet/ der ſelten rechte Buß thut/ dem jhr für einen zeitlichen genieß das Himmelreich verſprechet/ vnd machet jhn zu einem Kind der Höllen: Dieſer vnnd anderer vrſachen halben ſeye eine *Reformation* hoch Nothwendig. Hactenus ſumma Landshutici Oneris Eccleſiæ, quoad hujus puncti gravamen cap. 15. Judicet jam pius Lector, quid de Jubilæo Anti-Chriſtiano & Pontificiis Indulgentiis ſentiendũ ſit, vid. Jubilæum Romanũ PUBLICAS NUNDINAS, Indulgentias verò diabolicas *fraudes & impoſturas* eſſe, ſacræ ſcripturæ nõ modò planè incognitas (uti in ſecunda diſputatione, volente Domino, luculenter demonſtrabimus) ſed & è diametro oppoſitas: Unde Antoninus Archi-Epiſcopus Florentinus expreſsè tit. 10 part. 1. cap. 3. ſcripſit: *De Indulgentiis nil expreſſè habemus ex ſacra ſcriptura, nec etiam ex dictis antiquorum doctorum, ſed modernorum.*

Nos Deo gratias agimus, quià dolis, mendaciis, impoſturis & fraudibus Romanenſiũ nos vindicavit, eumq́;

oramus,

oramus, ut Antichriſtum Romanum, Dei & omnium fidelium communem hoſtem, Spiritu oris ſui omnibus revelare & citò tollere, univerſam verò Eccleſiam ſuam, ſub Antichriſti hujus tyrannide miſerè gementem & laborantem, hoc inprimis rerum motu & metu paternè tueri velit.

*FINIS.*

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg